

pelo Conservador da Universidade de Coimbra em lhe não receber, e julgar por provada sua exceção. Provendo em seu agravo, vistos os autos, e como se mostra ser o aggravante familiar do Santo Officio da Inquisição, e como tal privilegiado della, e ter seu Juiz privativo, perante o qual, sendo Reo, deve ser demandado, por se não mostrar, que o privilegio, de que o aggravado se quer valer derogue o tal privilegio; mando, que o Conservador receba, e julgue por provada a dita exceção, e remeta os autos ao juizo do Fisco para onde se declina. Lisboa 6. de Abril de 1668.

*Cardozo. Abreu. Veio o Reo cō embargos á Chancellaria, naõ lhe forão recebidos Estaõ os autos no juizo do Fisco da Corte.* Et ita vidimus judicatum ad favorem consanguinei, ac affinis fratriis Phelipe Rodrigues Camacho familiaris Sanctae Inquisitionis, ac Oppidorum de Cazevel, Entradas, e Padroens Ducis maioris contra quendam Scholasticum Universitatis Eborense, & ita constanter, & uniformiter observatur in Academiâ, tam Eborensi, quam Conimbricensi, de quo testes oculares sumus.

62 Ampliatur decimò, ut adeò vera sit, quod milites non possint cogere familiares, officialesquè Sanctae Inquisitionis ad respondendum coram suis auditoribus, etiam in casibus, in quibus privile-

gio militari perfruuntur, nam licet milites potius privilegium 63 habeant in casibus privilegiatis, quam viduae, ac orphani, cæteræque personæ miserabiles, ut patet ex §. 29. regiminis Gubernatorum armorum, tamen privilegium familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquisitionis potius est privilegio militum, nam privilegia scholasticorum prævalent 64 militaribus privilegiis, ut latè probat Benedict. Pereir in suâ Academiâ, sive Republica literaria lib. 1. disp. 4. q. 2. n. 138., & lib. 3. disp. 2. q. 2. n. 316. Médo de jure academico. Sed sic est, quod privilegia familiarium, officialiumquè Sanctæ Inquisitionis prævalent privilegiis Scholasticorum, ut supra probatum manet: ergo à fortiori prævalere debent privilegiis militibus ex regulâ, quod vincens vincentem te, multò magis vincit te, deducta ex l. de Accessionib. ff. de diversis, & temporalib. præscriptionib. leg. æquissimum. ff. ad Tertulian. Tusc. tom. 8. littera U. conclus. 208. Simon Vds. Barbos. in principiis, & locis communibus littera U. num. 57. ubi infinitos citat.

Ampliatur undecimò nostra 66 suprà posita conclusio, ut adeò vera sit, quod licet Monetarii habeant privilegium fori activū, & passivum trahendi ad suum Conservatórem quoscumque, qui cum eis litigant, vel cù quibus litigare intendunt. ex Ord. lib. 2. tit. 62. per totum

63 67 tum; tamen cogere non valent officiales, familiaresque Sanctæ Inquisitionis passim respondere coram suo Conservatore, sed eos convenire tenetur coram suis Conservatoribus quo nullum potest esse dubium post Decretum nostri Serenissimi Regis, quod dedimus cap. 3. n. 39., & ita docet Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 62. in principio n. 8. qui n. 9. decretum per formalia refert, & num. 12. judicatum tra-  
64 68 dit. Nec etiam ante adesse debebat, nam sicut Monetarii non poterant cogere viduas, orphans, cæteralque personas miserabiles coram suo Conservatore respondere ex Ord. d. tit. 62. §. 1. & lib. 3. tit. 12. §. 1. nec etiam scholastico, ut probatur ex Ord. d. tit. 12. d. §. 1., & docet Peg. d. tit. 62. §. 1. glos. 3. ubi sic judicatum se vidisse testatur. Similiter non poterant cogere familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis, qui fortiora habebant privilegia, sed in hoc ca-  
65 69 su forum rei sequi debebant, ex Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. ubi disponitur, quod ubi actores, & rei sunt æquæ privilegiati, actor forum rei sequi tenetur ibi Barb. n. 28. ubi infinitos citat.

70 Ampliatur duodecimo, ut adeo vera sit nostra resolutio, quod licet orphani, ac viduae honestæ, nec non soluta, honesta, quæ nunquam nupsit, possint cogere personas, cum quibus litigare intendunt, ut coram Prætore Curiae civili respondeant, ut proba-

tur ex Ord. lib. 3. tit. 5. §. 3. cum seqq. ubi Barbos. infinitos ci-  
tat., & ex l. unic. Cod. quando Imperator inter pupillos, & viduas, ubi Angust. Barb. infinitos enumerauit, quibus ade pleno calamo tractantem Carleval. de Ju-  
dic. tit. 1. disp. 2. q. 1. sect. 1. q. 7. per  
tor. ubi innumeros coarcervat; 71  
tamen non possunt cogere familiares, officialesque Sanctæ In-  
quisitionis, ut coram Prætore Cu-  
riæ civili, vel judge loci inviti  
passim respondeant, sed eos con-  
venire debent coram suis Conservatoribus ex regulâ, quod privile-  
giatus contra æquæ, vel magis pri-  
vilegiatum non utitur privile-  
gio suo, sed forum rei sequi tene-  
tur, deducta ex tx. in dict. §. 3., &  
ex dict. tit. 12. sicut scholasticos, 72  
milites, aliosque similes privi-  
legiatos tenentur convenire in  
suo foro.

Ampliatur decimo tertio, ut 73  
adeo vera sit nostra resolutio, ut non possint familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis inviti cogi subire juramentum in animam, quia licet controversum sit, an in hac jurisdictione in animam possit declinari jurisdictio, teste Mendes in praxi I. p. lib. 3. cap. 1. num. 11. ubi ait se vidisse diversimodè practicari, modò pro parte negativa ex l. tutor. §. ultim. ff. de jur. jurand. pro affirmativa modò ex Barthol. in l. 1. ff. de Confessis, cuius Bartholi opi- 74  
tionem veriorem esse autumamus

siquidem defirre juramentum citato in animam, vel cum condemnare in contumaciam actus jurisdictionis est, & familiares, officialesque Sanctae Inquisitionis omnino exempti sunt passim in civilibus à jurisdictione Ordinariâ, vel delegatâ cujuscumque judicis, qui non fuerint sui Conservatores, ut patet ex privilegiis relatis cap. 3.

75 Limitatur primò nostra resolutio, si familiares, officialesque Sanctae Inquisitionis expressò foro suo proprio renunciaverint, secutâ opinione eorum, qui asserunt eos posse foro suo renunciare, quos retulimus cap. 4., & quorum sententia videtur confirmari ex Regio Decreto, de quo dicto cap. 3. n. 39. ad illa verba ibi: *Naõ querendo elles ser demandados, senão no juizo do seu foro,* quæ verba liberam facultatem important, cui non assentimus.

76 Limitatur secundò, secutâ eadem opinione in casu renunciatio-  
nis tacitæ, videlicet, quandò fa-  
miliares, & officiales Sanctae In-  
quisitionis consentiunt judicio ju-  
dicis saecularis, prorogando ejus  
jurisdictionem: *dicta concordia*  
anni 1568. *Cardinalis Spinoza*  
*cap. 26. de quâ Dixarat. ad cap.*  
*Reg. Sard. fol. 679. Matheu de re-*  
*gimine Reg. Valent. tom. 2. cap. 7.*  
*§. 3. sect. 1. n. 36. Sesse decis. 438.*  
*n. 42. lib. 4. late Rege vico ad pra-*  
*gmat. Peg. Surd. lib. 1. tit. 7. c. 18.*  
*à num. 1 jure late Narbon. l. 20.*

*gloss. 21. à n. 19. tit. 1. lib. 4. reco-*  
*pilat. Barb. in l. 1. art. 4. n. 51. ff.*  
*de Judic. Carlev. de Judic. lib.*  
*1. disp. 2. n. 1100. & 1197. Salg.*  
*in labyrintho p. 1. cap. 7. à n. 5. Cor-*  
*tiad. decis. 30. n. 131.*

Idque nedum in civilibus, sed 77  
etiam in criminalibus, si familia-  
res, & officiales Sancti officii per  
actum sive expressum, sive tacitum,  
renunciaverint foro proprio,  
conveniri possunt coram judice  
saeculari, & nulla tenus Inquisito-  
res illos defendere valent, ut ha-  
betur in d. cap. 26. de Jure videndi  
sunt *Barb. in l. 1. art. 4. ff. de Ju-*  
*dic. Gail. de Pace publica lib. 1. c.*  
*12. à n. 10. Narbon. l. 20. gloss. 21.*  
*n. 25. tit. 1. lib. 4. recopilat. Carlev.*  
*de Judic. lib. 1. disp. 2. à n. 1216.*  
*Xamar de Officio judicis part.*  
*1. quæst. 12.*

Limitatur tertio quando fami- 78  
liares, officialesque Sanctae Inqui-  
sitionis ad instantiam emptoris  
pro evictione citantur, quia ejus  
indictum subire tenentur, neo  
possunt illius forum declinare:  
*Gusman. de Eviction. q. 10. n. 62.*  
*remissiv. Baron. de citat. q. 25. n. 11*  
& probatur ex generalitate l. ven-  
ditorff. *de Judic. ubi Barb. à n.*  
*132. Pereir. de Empt., & vendit.*  
*cap. 31. à n. 82. Alter Barbos. in*  
*cap. fin. n. 15. de Empt., & vend.*  
*cum relatis per Hermosilbam. ad*  
*Greg. Lop. tom. 1. n. 15., & 16., &*  
*fol. 175. Cancer. p. 2. var. cap. 16.*  
*n. 40. plures Giurb. decis. 8. num.*  
*48. Cortiad. decis. 30. num. 148.*  
&

- & probatur exp̄sē ex *Ord. lib. 3. tit. 46. §. ult. ubi Barbos. num. 2.*  
 79 affirmat in tantum hoc procedere, ut militet etiam si privilegium tale sit, cui ipse renunciare non potest *Cald. d. cap. 31. n. 82.*
- 80 Caeterum & si hæc limitatio verissima sit, non tamen caret difficultate, attento jure communi, propter varias opiniones, quas DD. scripserunt in quæstione illa: Utrum Clericus prō eviictione cītatus ad instantiam emptoris per judicem sacerdotalem, ut eum defendat, condemneturque in casu adversi calculi, sit remittendus ad judicem Ecclesiasticum, an verò teneatur subire judicium coram judge seculari? Nam alii tenentur pro jurisdictione Ecclesiastica, quos referunt *Barbos.*, & *Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 11.* Alii pro seculari, quorum sententia verior est, etiam attento jure communi, cum ampliationibus, & limitationibus, de quibus *Peg. d. §. 11. gloss. 13. à n. 1. usque ad 11. ubi infinitos citat Barb. ad Ord. lib. 3. tit. 45. §. ult. n. 2.*
- 81 Infero ex dictis, Senatores, viudas, orphans, cæterasque personas miserabiles, & alios quocumque privilegiatos non posse in predicto casu declinare à jurisdictione, quia talis casus est exceptus in *Ord. lib. 3. titul. 45. §. ult.*, & privilegia omnia sive sint clausa in corpore juris, sive non, recipiunt interpretationem, ampliationem, & limitationem ex

codem jure, siquidem leges, & Ordinationes nostræ easdem ampliations, & interpretationes recipiunt, quas leges civiles patiuntur. *Valasc. conf. 38. num. 1.*, & *de Partitionib. cap. 13. n. 8. Pereir. de Revisionib. cap. 10. n. 5.*

Limitatur quartò quando sa- 83 miliaries, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis succedunt in bonis litigiosis, quia tunc non gaudent privilegio fori, sed litem continuare tenentur coram judge, in cuius judicio lis vertitur. *Cortiad. decis. 30. n. 158.* Quod non solum 84 procedit in familiaribus, offici- libusquæ Sanctæ Inquisitionis, sed & in scholastico. *Cortiad. dict. n. 158. Scobar de Pontificia, & Regia jurisdic. cap. 51. à n. 5. Benedic. Pereira in sua Academiâ lib. 3. disput. 4. q. 3.*, & in Clerico, ut plenè docet *Cortiad. decis. 275. ubi pertot. de alienatione rei litigiosæ.*

Limitatur quintò, quando sa- 85 miliaries, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis tanquam hæredes, vel ex testamento conveniuntur; quia tunc privilegio fori non gaudent, sed tenentur respondere in defuncti domicilio, quia idem procedit in Clerico, legato, ut videre est apud *Petr. Barb. dict. 1. hæres absens 19. in princip. ff. de Jud. à n. 99. usque ad n. 103.* in Fisco, & fundamentis sententiæ oppositæ satisfacit n. 125. usque ad 126., & à n. 140. respondet ad l. si con- stante §. fin., & n. 156. interpreta- tur

tur d.l. cum quidam §. si debitores  
de usur., & pro eadem sententiâ  
videtur facere ejusdem legis §.  
*Fiscus vers. cum autem in loco pri-  
vati, ubi gloss. in legato idem  
Barb. n. 96. in Clerico à n. 104.  
usque ad 113. vide quos affert  
Bobadilh. lib. 2. polit. cap. 18. pro  
hac sententiâ afferri, ac explicari  
solet lex Castellæ 57. tit. 6. partiit.  
6. an rectè? Inferius dicemus, &  
apud nos videtur probari ex Ord.  
lib. 3. tit. 11. §. 2. de quâ re latissimè  
Cortiad. decis. 270.*

86 Verum in hac re est distingue-  
dum inter casum, quo familiares,  
officialesquæ Sanctæ Inquisitio-  
nis citantur ad continuandam li-  
tem, seu causam cæptam cum de-  
functo, & inter casum, quoad no-  
vam actionem citantur. In primo  
casu dicendum est non posse judi-  
cium declinare, sive actio sit per-  
sonalis, sive realis, sive mixta; ex-  
emplo Clericorum, qui in tali ca-  
su forum saeculare evitare non pos-  
sunt, ut docent omnes, quos re-  
fert, & sequitur Peg. ad Ord. lib.  
2. tit. 1. §. 8. à num. 1. usque ad 27.

87 ibidem Barb., & exemplo Senato-  
rum, qui similitè in tali casu fori  
privilegio non gaudent, ut deci-  
sum tradit Peg. d. gloss. 10. n. 10.,

88 & exemplo scholasticorum, qui  
pariter in tali casu privilegio fori  
non utuntur, ut docet pleno cala-  
mo Benedicti. Pereir. supr. lib. 3.

89 disp. 4. quæst. 3. à n. 419. In secun-  
do contrarium est afferendum,  
prout de Clerico, Senatore, &

Scholaftico tradunt Doctores su-  
præ citati Cortiad. d. decis. 270.

Limitatur sextò, ut non proce-  
dat quoad lites cæptas antequam  
essent familiares, officialesquæ  
Sanctæ Inquisitionis; prout de  
criminibus diximus cap. 12. nam  
licet viduæ, orphani, cæteræquæ  
personæ miserabiles habeant pri-  
vilegium fori, etiam quoad lites  
antea inchoatas ex Ord. lib. 3. tit.  
5. §. 3. ibi Barb. num. 23. Mend. in  
praxi lib. 2. cap. 3. n. 4. Valasc. cōf.  
136. per tct. Barb. in d.l. hæres ab-  
sens in princip. à n. 136., & alter  
Barb. in l. unic. Cod. quando Im-  
perator, cum infinit. n. 11., & Se-  
natores, & Scholaftici eodem po-  
tiantur privilegio: Cabed. 1. part.  
decis. 25. Peg. ad Ord. libr. 2. tit.  
59. §. 11. gloss. 13. num. 1., & §. 13.  
gloss. 15. n. 3. Tamen hoc est ex-  
pressum in privilegiis eorum, quod  
non invenitur in privilegiis fami-  
liarium, officialiumquæ Sanctæ  
Inquisitionis. Unde succedit re-  
gula, quod ubi cæptum est judici-  
um ibi finiri debet, deducita ex l.  
ubi cæptum ff. de Jūdic., quia non  
inveniuntur excepti. Barb. axiom.  
132. per tot. circa Clericos vide  
Cortiad. decis. 274.

Limitatur septimò, quando  
familiares, officialesquæ Sanctæ  
Inquisitionis cōveniuntur ex obli-  
gatione, in cuius instrumento  
partes originales privilegio fori  
renunciarunt; prout minor, in  
tali casu non fruitur privilegio, te-  
ste Phæbo 1. p. ares. 54. Barb. ad  
Ord.

95 Ord.lib.3.tit.11.§.3.num. 26. vel quandò ipsi familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis, antequā tales essent, se obligarunt coram certo judice respondere, quod secūs est in muliere, quæ mortuo marito potest declinare judicem, eorā quo, eo vivente, se obligavit respondere: Barb.supr.n.27, Cabed.1.p.decis.173., & arest.31. de effecto postea Clerico idem est dicendum Cortiad.d.decis.274.

96 Limitatur octavò in Inventarii, aut partitionis materiâ, in qua non habet locum fori allegatio, ut nos diximus in nostro opere *de munere. judic. Ophanor. tract. 1. de Inventario lib.1.cap.3.* quod procedit etiam in Senatoribus, monetariis, scholasticis, & aliis quibuscumque privilegiatis, ut ibidem diximus, docetque Peg. ad Rubric. Ord.lib.1.tit.86.n.6., & §.4.n.20., & 26., & ad Ord.lib.2.tit.62.n.6. ubi sic judicatum tradit contra monetarios.

99 De vidua dubitatur, an in iudicio divisorio possit forum declinare? & pro parte affirmativa tradit judicatum Cabed.1.part.decis. 173., & arest. 31. cum quo transfeunt Barb.ad Ord.lib.3.tit.5. §. 3.n.27. Mend. in prax. p. 2.lib.4. cap. 3.n.7. quandò judicium divisorium non invenitur cæptum; at nos contrarium existimamus, nam si privilegium Senatoriū hoc operari non potest, quomodo vi duarum hoc efficere valeat, cū sit debilius, & à Senatorio evinca-

tur, ex Ord.lib.2.tit.59. §. 13. ubi Peg., & Barbos., & diximus de munere. judic. Orphanor. tractat.1.lib.1.cap.3.n.13.

Limitatur nondò, quandò familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis sunt debitores Regis; quia tunc coram judicibns, quibus mandata est jurisdictio, conveniri debent, ac respondere tenentur, ut probatut ex §. 11. reformationis justitiæ, junctis his, quæ ibi dedit Thom. Vas transcriptus cap.3. quiā nunquam Reges adversus se privilegia concédere censemur, nec privilegia, quamvis amplissima, hunc casum comprehendunt; ideoquè Senatores debtiores Regis privilegio Senatorio non gaudent, nec Monetarii: Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 62. in princip. num. 7., & 52. §. 9. Nequè viduæ, orphani, cæteræquè personæ miserabiles Ord.lib.3.tit. 5. §. 5. ubi Barb.n. 1. Thom. Vas alleg. 65.n.32. Cancer.2.var. cap. 2.num.26. Barb. in l. unic. Cod. quando Imperator 25., & quod magis est, neque Clerici, aut Monachi debtiores Regis privilegio fruuntur fori, ut patet ex Ord.lib. 2. iit. 1. §. 19: , & ex his, quæ ibi, iufinitis relatis docet Peg.gloss.21. à n. 1 usque ad 34. de quâ materiâ sunt vidēti Boler.de decodition.debitor. tit.1.q.9.n.10., & tit.2.q.5. & tit.5.q.27.n.24. Thom. Vas alleg. 28. & 33. latissimè Cortiad. decis. 252. per tot., & 256. per tot., & 257. per tot.

Limi-

Limitatur decimò in familia-  
 103 ribus, officialibusquè Sanctæ In-  
 quisitionis, tutoribus, curatoribus,  
 vel alio quocumque titulo bono-  
 104 rum administratoribus ; quia in  
 petenda, seu reddenda ratione ad-  
 ministrationis, non habet locum  
 privilegium, quamvis amplissimū,  
 & quacumque verborum figurā  
 conceptum, sed ratio est petenda,  
 & reddenda omnimodo in loco  
 administrationis, non obstante  
 quocumque privilegio, ut pleno  
 calamo docent *Salgad. in laby-*  
*rint. creditor.* 1. p. capit. 7. n. 64.  
 & 93. *Boler. de decoction. debito-*  
*r. fiscalium tit. 2. q. 1. n. 12. Ord.*  
*lib. 3. tit. 11. §. 3. ibi Barb. & contra*  
 105 *Monetarios ita judicatum tradit*  
*Peg. ad princip. Ord. libr. 2. tit.*  
*62. gloss. 2. n. 11., & agit de ma-*  
*teria Forens. cap. 3. num. 720., &*  
*circa Clericos administratores di-*  
*ximus cap. 15., & latius de materiâ*  
*egimus in nostro opere demuner.*  
*judic Orphanor. tom. 4. & tra-*  
*ditat. 4 lib. 1. cap. 1. & de Senato-*  
*ribus tradit Peg ad Ord. libr. 2.*  
*tit. 59. §. 3. & 10.*  
 106 Limitatur undecimo in recon-  
 ventione, nam si familiares, offi-  
 cialesqne Sanctæ Inquisitionis ad-  
 versus aliquem in judicio agant,  
 ibidem reconveniri possunt, & mi-  
 nimè forum declinare valent, quia  
 reconventio in eodem judicio ag-  
 itari debet, in quo actio move-  
 tur, ex gloss. 2. vers. sed si in cap. at  
 si Clerici de judic; & ex Clemen-  
 tin. dispendiosam vers. reus quo-

que de rescript. in 6. ideoquè licet  
 Senatores non possint renunciare  
 privilegio, ex *Phæb. 2. p. arest. 146.*  
 107 *Peg. ad Ord. libr. 2. tit. 59. §. 10.*  
 n. 5. tamen si coram alio judice  
 agant ibi reconveniri possunt, *Peg.*  
*d. n. 5. Oliv. de For. Eccles. 3. p. q.*  
*28. à n. 50., & similiter licet mo-*  
*netarii non possint foro renuncia-*  
*re, nec activè, nec passivè, tamen*  
*si coram alio judice agant, ibidem*  
*reconveniri possunt, teste Peg. ad*  
*princip. Ord. lib. 2. titul. 62. Eo-*  
*dem modo licet Clerici fori pri-*  
*vilegio renunciare non valeant,*  
*ut latè diximus cap. 4. agentes*  
*tamen coram judice saeculari ibi-*  
*dem valent reconveniri, ex Ord.*  
*lib. 2. tit. 1. §. 1. ubi Barb. & latius*  
*Peg. gloss. 3. à n. 1. usque ad 14.*  
*& est regula generalis, quæ com-*  
*prehendit omnes privilegiatos,*  
*ut videre est apud Peg. in d. §. 1.*  
*n. 1. & ad Ord. lib. 1. tit. 50. §. 15.*  
*& Forens. cap. 11. num. 142. Oliv.*  
*de For. Eccles. p. 1. q. 7. n. 25. Ca-*  
*bed. decis. 21. n. 6., & 32. n. 6. Cald.*  
*Forens. q. 15. n. 16., & q. 5. 1. Mend.*  
*in prax. p. 1. lib. 3. cap. 8. & p. 2. lib.*  
*2. cap. 4. Pereir. decis. 43. n. 11., &*  
*58. n. 27. Thom. Vas alleg. 16. Bar-*  
*bos. in l. qui prior ff. de Judic. num.*  
*79. Cunba super Decretum part.*  
*1. cap. 1. n. 6. Barb. in cap. 1. de mu-*  
*tuis petitionib. n. 5. referens infinitos*  
*Themud. 2. p. decis. 205. & 208.*  
*Cancer. 2. var. cap. 3. n. 54. Lar-*  
*rea decis. 4., & 6. n. 16., & quam-*  
*plurimi alii infiniti, de qua re co-*  
*piosissime Corti ad. decis. 262. à n. 1*  
*usque*

usque ad 96. ubi infinitos citat.

<sup>110</sup> Dubitari potest, an familiares, officialisqñè Sanctæ Inquisitionis ad evitandam reconventionem possit à lite desistere? Sed hoc dubium facile solvitur factâ distinctione inter casum, quo justitia sit perpetuata, vel non. In primo casu, invitâ parte, judicio suæ reconvētionis renunciare non potest: in secundo verò rectè valet, prout de Clerico asserit Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 1. gloss. 3. n. 9. Barbos. ibi n. 4. Themud. 2. p. decis. 205. n. 4. Pereir. de Man. Reg. cap. 22. n. 9.

<sup>111</sup> Limitatur decimo secundo, ut non procedat, quandò familiares, officialesqñè Sanctæ Inquisitionis conveniuntur in causis pertinentibus ad judicium Indiæ, & Minæ, quia in tali casu nullus privilegiatus gaudet privilegio, nec partes alibi conveniri possunt, ut probatur ex Ord. lib. 1. tit. 51. §. 3. ibi Peg. gloss. 5. n. 1., & 2. Salzed. ad leges recopilationis pag. 203., & 204. Barb.

<sup>112</sup> dict. §. 3. n. 1. 2., & 3. Sed hæc limitatio nobis non placet, sicut Ord. in dict. §. 3. non loquitur de privilegiatis, & ita per ejus dispositionem abrogata non debent censeri privilegia familiarium, officialiumqñè Sanctæ Inquisitionis, sicut non censentur abrogata privilegia Senatorū, qui etiam in prædictis causis ratione sui privilegii possunt eas ducere ad suum judicem, ut con-

tinuetur coram illo, ex Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 59. §. 10. n. 5. Oliv. de for. Eccles. 3. part. quæst. 28. n. 50. eo vel maximè, quia etiam <sup>113</sup> Auditor basilicæ Regis est judex privativus de omnibus causis contentis in Ord. lib. 1. tit. 52., & tamen Auditor basilicæ Regis cogere non potest privilegiatos coram se respondere in causis non tangentibus jura Regalia, ex Ord. lib. 1. tit. 52. §. 3. nec etiam officiales basilicæ Regis, qui ex dispositione ejusdem Ord. §. 10. fori privilegio, tam activè, quam passivè gaudent in civilibus, & criminalibus, eo fruuntur contra Senatores, & monetarios, in ipsam rPdin. se ipsam limitat, in fine dicti §. 10. ibi Peg. numer. 6., & consequenter contra familiare, officialesqñè Sanctæ Inquisitionis, qui conveniri non possunt, nisi coram suo Conservatore, sive convenientantur à Senatoribus, sive à monetariis, ut suprà expendimus.

Limitatur decimo tertio in <sup>115</sup> causis pertinentibus ad judicem Residuorum, & Capellarum, de quibus agit Ord. libr. 1. titul. 50. in quibus nec etiam Senatores privilegio fori gaudent; teste Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 59. §. 10. n. 5., & §. 13. n. 16.

Limitatur decimo quartó, <sup>116</sup> ut non procedat in executione sententiæ, in qua familiares, officialesqñè Sanctæ Inquisitionis forum declinare non possunt,

Aa sicut

sicut nec monetarii, ut judicatum refert Peg. ad princip. Ord.

117 lib. 2. tit. 62. num. 5. nam regulare est, quod privilegiatus in executivis non possit forum declinare. Caged. decis. 210. part. I. Mendes in prax. 2. p. lib. 3. cap. 3. n. 7. & cap. 21. n. 82., & probatur ex l. cum quædam puella. ff. de

118 Jurisdic. omnium jud. quæ regula etiam comprehendit viduam, ex Mend. dict. cap. 3. dict. n. 7. qui 119 cap. 21. n. 82. inquit, quod vidua, seu orphanus habebit in executione judicem, quem ipsa vidua, seu orphanus elegerit, & si executio fuerit cæpta cum marito, seu patre.

120 In liquidatione vero sententiæ benè possunt nostri familiares, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis forum declinare, non obstante regulâ, quod liquidatio fieri debeat in loco domicilii condemnati, quantumvis sententia in alio judicio sit prolata, quia hæc regula limitatur, quando condemnatus est privilegiatus, & ad suum judicem declinat, tunc enim coram judice privilegii liquidatio facienda est. Caged. I. p. arrest. 28. Mend. in prax. part. I. lib. 3. cap. 21. n. 8. nisi liquidatio proveniat ex causâ, quæ de suâ naturâ impedit forum declinare; nam si in causa principali declinationis exceptio locum habere non potuisset, similiter locum non haberet in liquidatione ipsius causæ, nisi privilegium superveniat, & tale sit, quod profit ad lites cæp-

tas; ut est Senatorium, viduarum, & similium.

Limitatur decimo quinto in causis custodiæ, depositi, & fallariorum, quia in dictis casibus familiares, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis possunt conveniri coram Praefide Curiae Civili, si in Curia degant, vel intra quinque leucas; prout conveniri possunt in prædictis casibus vidua, & orphanus, ac scholasticus, ex dispositione Ord. lib. 3. tit. 12. §. 1. quæ licet tantum de vidua, orphano, & scholastico meminit, ad familiares, officialesquæ extendenda vénit, non ex vi extentionis, sed ex vi comprehensionis; nam ratio, cur lex exceptit prædictos casus est privilegium ipsorum, quæ etiam comprehendit familiares, officialesquæ.

Limitatur decimo sexto in causis multarum, vulgo coimas, & in causis pertinentibus ad aediles, siquidem in hujusmodi causis neque Senator, neque vidua, neque monetarius, neque quicumque alias privilegiatus fori privilegio gaudet, ut de Senatoribus tradit Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 59. §. 13. num. 16., & de monetariis idem Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 62. §. 2. gloss. 4. §. 2. num. 1., & ad Ord. lib. 1. tit. 66. §. 27. n. 46., & 47. ubi adducit legem novissimam, omnia dicta comprehendentem, cuius tenorem hic referre libet, tūm quia valde pertinens est ad nostrum intentum, tūm quia Pe-

gas

gas non apud omnes facilè inveni-  
tur, & verba legis sequentia sunt.

*Ley porque se manda, que naõ ha-  
ja algum privilegiado na mate-  
ria de Coimas, e Almotagaria.*

123 **E**U El Rey faço saber aos que este Alvará virem, que Diogo Fernandes Penso, e Simão Ferreira Louzano, Contratadores das Terças destes Reynos me appresentaraõ o registo de huma Ley, passada em tempo del Rey Philippe III. de que o traslado he o seguinte: Faço saber aos que esta Ley vircm, que posto que confórme as minhas Ordenaçoens todas as pessoas de qualquer qualidade, e condiçao, que sejaõ saõ obrigadas nos casos da almotaceria responder perante os Almotacés; algumas pessoas, que por privilegio tem Juiz particular, para haver de conhacer de todas suas causas, pertendem que tambem tomem conhecimento das que tocaõ á almotacaria, de que se seguem grandes inconvenientes, e danno contra o bom governo, e administraçao da justiça de todas as Cidades, Villas, e Lugares destes Reynos, especialmente desta Cidade de Lisboa, pelo grande numero de privilegiados, que nella ha. E querendo eu agora nisso prover, como convém a meu serviço, e ao bem comum, e bom governo das ditas Cidades, e Villas, depois de to-

mar todas as informaçoens necessarias, e mandar ouvir todos os privilegiados com parecer dos do meu Concelho para ceffarem todas as duvidas. Hei por bem declarar, como por esta Ley declaro, que todas as pessoas, posto que privilegiadas sejaõ nas materias da almotaceria saõ obrigadas responder perante o Almotacé de seu foro, confórme as Leys, e Ordenaçoens deste Reyno, e que a Ordenaçao do terceiro livro titulo quinto, se entende, e comprehende naõ sómente os privilegiados declarados no mesmo titulo, mas todos os outros privilegiados, ainda que sejaõ dos Desembargadores de minhas Relaçoens, e de quaequer outros Tribunaes e das pessoas, que por minhas Cartas, ou Provizoens, ou dos Reys antepassados tem privilegios de Desembargadores, posto que o naõ sejaõ, e de todos os mais privilegios concedidos ás pessoas, que por razão de seus officios, podem trazer seus contendores á Corte, e de todos outros quaequer privilegios por mim, e pelos Reys meu antecessores concedidos aos Colleitores, que agora saõ, e ao diante forem nestes Reynos, e ao Santo Officio da Inquisição delles, e aos Cavalleiros da Religiao de S. Joao, e aos Moedeiros, Lavradores, e Valladores das minhas lizirias, e paús, e Mamposteiros dos Captivos, aos que servem na mesa da Mi-

fericordia desta Cidade , e das allega, para se naõ haver de entender mais do Reyno, e aos Alemaens, e Bombardeiros , e de quaeſ- quer outros , posto que sejaõ incorporados em direito , ou tenhaõ clausulas expressas ; e derogato- rias dos casos da almotaceria , ou sejaõ concedidos por contrato , ou por qualquer outra materia , confirmados por sentenças das mi- nhos Relaçoens , porque todos os privilegios acima declarados , ou quaeſquer outros , que se acha- rem , revogo , e hei por revo- gados , especialmente a Ordena- ção do livro segundo titulo sessen- ta e dous ; que concede aos Moe- deiros desta Cidade , que nos fei- tos da almotaceria , sendo deman- dados , respondaõ perante o seu Conservador da Moeda ; os quaeſ privilegios todos hei por bem se naõ guardem , nem tenhaõ lugar nas materias da almotaceria , e que sem embargo delles as pefloas , que os tem , e ao diante tiverem , respondaõ diante dos Almotacés desta Cidade , e das mais Cida- des , Villas , e Lugares destes Reynos : e assim me praz , que os Regatoens , e Marchantes da Cor- te , e quaeſquer outros Officiaes conteñdos no Regimento do Al- motacé Mór , ou outros quaeſ quer , de que por provizoens par- ticulares pôdem conhecer , respon- daõ em todas as materias da al- motaceria perante os Almotacés desta Cidade , sem embargo das razoens , que o Almotacé Mór

der esta Ley nos officiaes de seu officio , e de quaeſquer Alvarás , e sentenças , que elle , e os ditos Regatoens , e Marchantes , e mais Officiaes da almotaceria mór tenhaõ em seu favor , porque todas , e o que dispoem o seu Re- gimento , no que tóca ao dito Al- matacé Mór haver de conhecer de suas culpas nas materias da al- motaceria , revogo , e mando , que naõ sejaõ de effeito algum , nem tenhaõ força , nem vigor , em quanto forem contra a tençaõ , e declaração desta Ley , havendo respeito ao bom governo , e regi- mento desta Cidade , e a como estando a Corte de assento nella cessa a razaõ , que moveo a El Rey D. Manoel , que santa Gloria ha- ja na carta , porque mandou , que o Almotacé Mór tomasse conhe- cimento das culpas dos ditos Re- gatoens . E esta Ley mando , que se guarde , e cumpra como nella se contém , e ao Regedor da Casa da Supplicação , e ao Governa- dor da Casa do Porto , e aos De- sembargadores dellas , e aos Cor- regedores de minha Corte , e aos mais Corregedores , Ouvi- dores , Juizes , e Officiaes de justi- ca , a que o conhecimento disto pertencer , a cumpraõ , guardem , e façaõ inteiramente cumprir , e guardar , e ao Chanceller Mór , que a publique na Chancellaria , e envie logo cartas com o trasla- do della sob meu sello , e seu final

aos ditos Corregedores, e Ovidores das Comarcas, para que a publicuem nos lugares aonde estiverem, para que a todos seja notorio, e a façaõ publicar em todos os outros de suas Comarcas, e Ovidorias: e esta Ley se registarã no livro da Casa do Despacho do Desembargo do Paço, e no das ditas Relaçoons da Casa da Supplicaõ, e do Porto, e no da Camara destã Cidade, e nas demais Camaras das Cidades, Villas, e Lugares destes Reynos. Dada na Cidade de Lisboa a vinte e tres de Outubro, Sebastião Pereira a fez de mil e seis centos e quatro. João da Costa o fez escrever. El Rey. Pedindo-me os ditos Diogo Fernandes Penso, e Simão Ferreira Lousano, que por quanto em todas as Cidades, Villas, e Lugares destes Reynos havia muitas pessoas privilegiadas de diversos privilegios, os quaes procuravaõ para efeito de naõ pagarem coimas, posturas das Camaras, e Almotaceria, sendo muitos delles creadores de gado, Lavradores, e Marchantes, e se os Almotacés, e minhas justiças os condemnavaõ, se valiaõ de excômunhoens, precatoriois, e sentenças de seus Conservadores, pelas quaes eraõ absolutos nas ditas coimas, e posturas das Camaras, sendo contra a dita Ley, e sentenças dadas no caso sobre os ditos privilegiados no juizo dos feitos de minha fazenda, pelo

qual respeito as rendas dos Concelhos de meu Reyno hiaõ em muita diminuição, e naõ havia quem nellas quizesse lançar, pertencendo a terça parte das ditas condemnaõens, e rendas dos ditos Concelhos ao rendimento das Terças, que está applicado para as obras das fortificaõens do Reyno, lhe fizesse mercê mandar passar provizaõ, para que nenhum privilegiado de qualquer condição, que fosse, seja escuso de pagar as ditas coimas, e posturas das Camaras, e Almotaceria, e para que se naõ guardem nem hui mas sentenças, nem precatoriois de seus Conservadores, sem embargo de quaequer Provizoens, Leys, Ordenaõens, Regimentos, e sentenças, que haja em contrario, e da que se passou em quatorze de Abril de seis centos e doze. E visto no Concelho de minha fazenda seu requerimento, informaõ, que sobre isto se houve, Ley acima trasladada, e sentenças, de que fazem menção, e condicoens de seu contrato. Hei por bem, e mando pelos ditos respeitos se dê á execuõ o que se contém na dita Ley, e se cumpra, e guarde inteiramente, naõ se escuzando nenhum privilegiado de pagar as coimas, e posturas das Camaras, e Almotaceria, em que forem condemnados, nem seus Conservadores se intrometaõ mais em tomar conhecimento de coufa alguma tocante ás

ditas coimas, posturas das Camaras, e almotaçaria, sem embargo de quacsquer Provizoens, Leys, Ordenaçoens, Sentenças, e Regimentos, que haja em contrario, porque todas para estes casos hei por derogadas, e que se naõ use dellas, posto que aqui naõ sejaõ expressas, nem declaradas, e da Ordenaçao do livro 3. tit. 12., e das mais Ordenaçoens que ha em contrario, que todas hei aqui por expressas, e da que ordena, que se naõ entenda derogada Ordenaçao, sem que da substancia della se faça expressa mençaõ. Pelo que mando a todos os Corregedores, Provedores, Juizes, e mais justiças, a que este for apresentado, que assim o cumprão, e façaõ inteiramente cumprir, e guardar, como nelle se contém; e para a todos ser notorio se registará no livro das Comarcas das Cidades, Villas, e Lugares, e Concelhos de meus Reynos, e se apregoará nas praças publicas, e ao traslado desse assinado pelo Escrivão de minha fazenda da repartição das Terças se dará taõ inteira fé, e credito, como a este proprio, quo valerá como carta, e naõ passará pela Chancellaria, sem embargo das Ordenaçoens do segundo livro em contrario, e os Provedores enviarão os trasladados delle pelos lugares de suas Comarcas. Bartholomeo de Souza o fez em Lisboa a seis de Agosto de mil e seis centos e quarenta

127  
e dous. Gaspar de Abreu o fez escrever.

REY.  
Henrique Correa da Sylva,

Mirum non est, quod in materia, de qua agit lex suprà relata, nullus in nostro Regno gaudeat privilegio, cum etiam in illo ex vi concordiae Regiae, & Pontificiae nec Clerici gaudent privilegio fori sed respondere tenentur coram judice saeculari, ex Ord. lib. 2. tit. 1. §. 20. ibi Peg. glos. 21. à n. 1. usque ad 16. Ord. lib. 3. tit. 5. §. 9. Peg. ad Ord. lib. 1. tit. 9. §. 12., & Forens. cap. 11. n. 132. Carlev. de Judic. tit. 1. disp. 2. à n. 159. Fragos. de Regimin. Reipublic. tom. 1. lib. 1. disp. 4. §. 4. membr. 1. Fermo in cap. quia de Judic. q. 9., & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constitutionib. q. 40., & 47. n. 30. Pereir. de Man. Reg. 2. p. capit. 39. per tot.

Unde si animalia Clericorum 128  
damnum dederint, a judice saeculari capi possunt, & damnari paenâ statuti, vel alia, retinerique, donec parti laesæ, & paenæ incurse fuerit satisfactum, ex l. iudeamus, Cod. de Navibus non excusandis. lib. 11., & judicatum refert Peg. in d. §. 20. n. 3. qui n. 4. multos citat, & n. 13. asserit, quod in his 129  
casibus non solum posset laicus contra Clericorum sententiam ferre, sed eam executioni mandare, ex vi Ord. lib. 2. tit. 7., & ex his, quae diximus cap. 15. qua de re copiose Cortiad. decis. 214. per tot.

Limi-

127 Limitatur decimo septimo ut doce Peg. traditque judicatum quando familiaris, officialisque Sanctæ Inquisitionis ageret contra alium familiarem, officialementemque, quia tunc videtur cessare privilegium, reumque posse conveniri coram judge sui domicilii, nam, cum tam actor, quam reus sint æquè privilegiati, videtur reum non posse uti privilegio fori contra actorem æquè privilegiatum, ex regulâ, quod privilegiatus contra pariter privilegiatum non utitur privilegio, sed limitatio hæc vera non est, at oppositum certissimum; siquidem familiares in civilibus non gaudent privilegio fori activo, sed passivo, ut statim dicemus; succedit ergo, quod familiaris, seu officialis Sanctæ Inquisitionis actor nullum in civilibus quoad forum habet privilegium, & quod familiaris, seu officialis reus in civilibus gaudet privilegio, ac per consequens, quod familiaris, seu officialis non privilegiatus forum rei privilegiati sequi tenetur, in terminis Benedicti Pereir. in sua Academia lib. 3. disp. 2. q. 3. n. 325., & 326. ubi de Scholastico idem tradit, & cap. 23. à num. 56. late Arouc. allegat. 101 per tot.

128 Patet hoc, & urgentius, ac fortioribus in terminis demonstratur primò exemplo Senatorum, qui tam Ulyssipponenses, quam Portuenses, tam Brasilienses, quam Indiani privilegio fori activo, & passivo sine discrimine gaudent, 130

ad Rubric. Ord. lib. 2. tit. 59. n. 3., & 4., & tamen si lis vertatur inter duos Senatores diversi Senatori, v. g. si contendat Senator Ulyssipponensis cum Senatori Portuense, ille actor, & iste reus, tunc causa est agitada coram Praeside Civili Senatus Portuensis, & actor forum rei sequi tenetur, ut in terminis resolvit Ord. lib. 3. tit. 5. §. 1., & ibi Barb. Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 59. §. 13. n. 19., & ait Ord. lib. 3. tit. 12. §. 1. Conciol. alleg. 79. num. 41. 43., & 44. Corti ad. decis. 246. n. 55., & 59.

Patet etiam exemplo Monitariorum Ulyssipponium, & Portuensium, qui similiter utriusque habent privilegium fori activum, & passivum, ex Ord. lib. 2. tit. 62. ibi Peg. ad Rubric. à num. 126. & tamen si unus diversi fori contra alium alterius fori litem moveat, actor forum rei sequi tenetur; ex pluribus supra allegatis Conciol. supr.

Patet ulterius exemplo Scholasticorum Eborensum, & Comimbricensium, qui similiter privilegio fori tam activo, quam passivo, tam in civilibus, quam in criminalibus potiuntur, & tamen si unus litem moveat, causa, seu lis coram Conservatore illius erit discutienda, qui fuerit reus, ut in terminis docet Benedicti Pereir. in sua Academia, seu Republica litteraria lib. 3. disp. 2. q. 3. n. 327. quod regulare est, quoad omnes æquæ

æquè privilegiatos, tūm quia reus in foro præfertur per jus cōmu-ne. Cov. practicar. cap. 7. n. 4. ibi Faria, Scobar de Pontificia, & Regia jurisdictione cap. 55. n. 9. ubi affirmat inspiciendum esse inter prædictas personas, quis sit reus, quis actor, & reum in foro suo conveniendum, ut potè con-quassato privilegio inter privile-

131 pares. Probatur, quia in pari privilegio reus habet causam potiorem, ut sumitur ex l. verum §. item quæritur. l. si minor ff. de minorib. ubi Cujac., & Anton. Faber. l. si mater. Cod. n. de statu defundit. ubi & si actor tractet de damno vitando, adhuc conditio rei pariter privilegiati potior est. Unde Peregrin. de Jure fisci lib.

132 7. tit. 3. n. 24. asserit, quandò fiscus agit contra fiscum, reum præferri

133 in foro, & Moneta de Conservat. cap. 7. n. 345. docet, si duo habeant suos diversos Conservatores, adeundem esse Conservatorem rei; Atqui omnes prædictæ personæ sunt in privilegio pares, ut cum Covar. citato contra Bald. Decium, & Collantes probat Scobar num. 10., & 11. nam jure communi attento prædictæ omnes personæ id tantum privilegium habent, ne à proprio foro extrahi possint, inter quas etiam est studiosus, qui actor reum non trahit jure communi, sed ex Conservatoriis, ut alibi ostendemus.

134 Addo, quod licet aliquæ ex dictis personis id fori privilegium ven-

dissent, ut à suo foro non extrahan-tur, & ut reos ad suum forum tra-here possint, sicut miserabiles, ex l. unica Cod. quando Imperator inter pupill. adhuc Covar. cit. cap. 7. n. 4., & Decius cit. cap. 8. num. 8 i. subtiliter notant studiosos pa-  
res esse in privilegio, qui sic illa habent, ut reos regulariter trahere possint, studiosus habet, ne ab aliquo extrahi possit; Atqui par-  
adeò vis unicuique privilegio in-est: ergò adhuc in hoc casu præ-  
valebit reus in foro.

Confirmantur dicta, & ex il-  
lis simul deducitur interpretatio,  
ac decidendi ratio. l. 2. vers. quod si  
à fisco cum lege sequenti ff. de Re-  
bus eorum, ubi proponitur pupil-  
lum rem emisse, eamque cōditio-  
nis tempore venditori pignori  
obligasse, quoad pretium solvere-  
tur. Quæsitum fuit de jure pigno-  
ris? Respondit Consultus pignus  
non tenere. Nam ubi dominium  
quæsitū est minori, cæpit nō posse  
obligari: sed quid si à fisco fundum  
pupillus emat, vel ex alterius pu-  
pilli pecuniâ alteri pupillo ema-  
tur, an pignoris constitutio per  
pupillum in favorem fisci, vel al-  
terius pupilli facta valeat? Re-  
spondit valere. Hujus decisionis  
ratio eruitur optimè ex regula de  
pariter privilegiatis, nam concur-  
rentibus fisco, & pupillo, vel duo-  
bus pupillis, scilicet pariter pri-  
vilegiatis, conquaßantur privile-  
gia, & perinde ratio habetur, at-  
que si à duabus non privilegiatis  
jure.

jure communi pignus constitutum foret: ergo in nostro superiore casu de pariter privilegiatis in foro idem similiter dicendum est, ideoque reus auctori prævalebit. *Benedict. Pereir. ubi supr. num. 327., & 328.*

<sup>136</sup> Limitatur decimo octavo in familiaribus familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis, qui privilegio fori non gaudent, ut diximus *capit. 8.*, & in viduis familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis, ut diximus *cap. 6.*, & *17.*

<sup>137</sup> Limitatur decimo nono in Regnis Castellæ, Indiarum, & aliis Regnis, ubi familiares Sancti Officii in causis Civilibus non gaudent privilegio fori, sed conveniendi sunt apud suos judices Ordinarios, nulla obstante fori declinatoria, ut statuitur in *l. 20. tit. 1. lib. 4. recopilat. ubi Narbon. gloss. 1. n. 73., & gloss. 6. num. 1. Simanch. de Cathol. instit. capit. 41. n. 18. Pareja de Instrum. edit. tom. 1. tit. 2. resol. 6. n. 40. Solorzan. de Jür. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 24. n. 59., & 60. Carlev. de Judic. lib. 1. disput. 2. n. 512. Thomas Delbene de Immunit. Ecclesiast. tom. 1. capit. 4. dubit. 14. n. 16. in fin. Castr. Pal. in opere moralis part. 1. tradit. 4. disp. 8. pundit. 12. §. 2. num. 9. Dian. resolut. moral p. 4. tradit. 8. resol. 55., & in summa p. 2. verb. Inquisitorum jurisdictio n. 26. Fermos. in cap. cum contingat quæst. 11. n. 5. de Ford.*

compet. Ciarlin. controversial. cap. 120. num. 24. p. 2. Matheu de Regimin. Regni Valent. tom. 2. cap. 7. §. 3. sect. 1. num. 33., & idem hodie servatur in Regno Aragonū, nam illud privilegium, quod anteā observabatur in causis familiarium, limitatum fuit in Cu- riis anni 1646. ad causas criminales tantum, ut tradit *Matheu de regimin. Regni Valentiae tom. 2. cap. 7. §. 3. sect. 1. n. 34.*

Limitatur vigesimò, quando familiares sunt auctores, quo casu forum rei sequi tenentur, ut patet ex privilegiis relatis *cap. 3. De- xart. ad cap. Regni Sard. fol. 679., & 680. cap. 27., & 32. cap. 4. per tot. de Inquisit. fol. 727. Matheu de Regimine Regni Valentiae tom. 2. cap. 7. §. 5. sect. 3. num. 33., & 34.*

Sublimita, ut limitatio pro- cedat, prout loquitur, iu solis familiaribus; non autem in cæteris officialibus Sancti Officii, ut Secretariis, fiscalibus, custodibus carcerum, & similibus; nam isti sive rei sint, sive auctores fori privilegio gaudent in Civilibus, ita ut solùm conveniri, & convenire debitores possint coram Inquisitoribus, cæratione, nè officiales, qui continuo Sancti Officii ministerio incumbunt, per extranea Tribunalia propriis liti- bus occupati divagari cogantur, & ab expeditione causarum fidei avocentur, ita Narbon. *l. 20. gloss. 6. n. 4., & gloss. 19. n. 2., & gloss.*

22. n. 15. tit. 1. lib. 4. recopil. Carlev. de Judic. lib. 1. disput. 2. num. 514. Solorzan. de Jur. Indian. tom. 2. lib. 3. cap. 24. n. 59. Amat. resolut. 52. n. 4. lib. 2. Fontanell. decif. 329. n. 16., & 17. p. 2. Thom. Delben. de Immunitat. Eccl. tcm. 1. cap. 4. dubit. 14. num. 13. infin. Diana resolut. moral. p. 4. tract. 8. resolut. 55. Ciarlin. controv. cap. 120. n. 4. p. 2.

<sup>140</sup> Sed contrarium, quod officiales Sancti Officii in civilibus non gaudeant privilegio fori activè, novissimè scripsit respondendo contrariis *Cutellus in eod. leg. sicut ad legem Martini post cap. 21. de Concordia inter Inquisidores, & officiales Regios cap. 2. à n. 12. bene Dexart. in cap. 4. per tot. de Inquisitorib. fol. 727.* Fontanell. decif. 329. n. 18., & 19. p. 2.

<sup>141</sup> Verum est, quod præcitatii DD. in hac controversiâ se remittunt ad varias diversorum locorū, & Provinciarum consuetudines, in praxi receptas, ut *Narbon. l. 20. gloss. 6. n. 6. tit. 1. lib. 4. recopil. Carlev. de judic. lib. 1. disp. 2. n. 514. infin. Fcnt. decif. 329. n. 20. p. 2.*

<sup>142</sup> Apud nos, & in Corona Aragonum officiales Sanctæ Inquisitionis non possunt alios trahere activè ad suum forum, ut patet ex privilegiis relatis *cap. 3.*, & idem est concordia anni 1512. in corona Aragonum *cap. 3.*, & 19. de qua in pragm. 1. tit. de la Sancta Inquisition. Fontanell. decif. 329. n. 21., & 22. p. 2. Cortiad. decif. 30. n. 128.

Limitatur vigesimo primò in fidejussore familiaris, qui fori <sup>143</sup> privilegio Sancti Officii non gaudet, nec coram Inquisitoribus cōveniri debet, ut latè probat *Cened. præct. q. 12. Narbon. l. 20. gloss. 21. num. 61. tit. 1. lib. 4. recopilat.* ut in laico fidejussore Clerici, qui nō <sup>144</sup> gaudet privilegio fori Ecclesiastico, & in fidejussore studiosi, qui non gaudet privilegio fori studio-*rum Cortiad. decif. 30. n. 143.*

<sup>145</sup> Sublimita hanc limitationem, ut procedat, quādo laicus fidejussit pro familiari, Clerico, seu studio-*so non penes acta judicis Ecclesiastici Inquisitorū hæreticæ prævitatis, vel magistri scholarū, nam tunc judici sacerulari subest; secūs vero si laicus fidejubet pro Clerico, familiari, seu studio-*so penes acta judicis Ecclesiastici Inquisitorum, vel magistri scholæ, quo casu de jure cōmuni ad observatiā promissionis competentes esse ju-*dicem Ecclesiasticum, Inquisito-*rēs, vel magistrum scholæ respe-*citive *Cortiad. decif. 30. n. 145.**

<sup>146</sup> Familiaris verò fidejussor laici coram Inquisitoribus est conveniendus; ut in Clerico fidejussore laici, qui non potest conveniri coram judice sacerulari, sed est conveniendus coram Ecclesiastico. *Cortiad. decif. 32. n. 147.*

<sup>147</sup> Sunt quamplurimæ causæ controverſæ, an sint civiles, vel crimi-*nales, quas examinare oportet, ut cognoscamus, an familiares, offi-*cialesquæ Sanctæ Inquisitionis gaude

<sup>i 43</sup> gaudeant privilegio fori activo, & passivo, aut passivo tantum, nam si criminales fuerint, utroque foro muniuntur, si civiles vero sint, passivo tantum potiuntur.

<sup>i 44</sup> 147 Et primò dubitatur: an causa spolii sit Civilis, vel Criminalis, aut mixta? Quam facilime resolvimus facta differentia inter casum, quo agitur tantum de restitutione rei spoliatae, vel de restitutione, & pœna spolii simul.

<sup>i 45</sup> 148 In primo casu, cum sit Civilis, est convenientius reus vel in loco spolii; vel in loco domicilii. In secundo casu cum sit mixta, nempè, Civilis, & Criminalis, sive familiaris, officialisque agat, sive conveniatur, suo foro uti potest, ut diximus suprà.

<sup>i 46</sup> 149 Secundò dubitatu: an causa danni dati sit Civilis, vel Criminalis? Quam sub distinctione brevissime resolvemus; vel damnum datum est cum injuria, & violentia; vel nulla interveniente violentia. In primo casu est criminalis, ex Farinac. in prax. p. 3. q. 100. num. 37.

<sup>i 47</sup> Cancer. 2. var. cap. 7. n. 3. Cortiad. decis. 30. num. 79. Portelles verba  
damnum n. 26., & in hoc casu sive familiares, officialesque sint actores, sive rei, privilegio fori activo, & passivo fruuntur. In secundo casu actio est Civilis ex DD. suprà relatis, ideoquæ familiares, officialesque privilegio fori non gaudent, nisi passive.

<sup>i 48</sup> 151 Tertiò dubitatur, an causa in qua agitur ad pœnam conventio-

<sup>i 49</sup> nalem propter fractam pacem, & treugam, an sit civilis, vel criminalis? Et criminalem esse resolvunt Addition. ad Clar. §. fin. q.

<sup>i 50</sup> 1. littera B. vers. item si pœna pars in fine. Scacia de Judic. lib. 1. cap.

1. num. 6. vers. sed tu. Foler. in præc. criminali tit. audiantur excusatores. nnum. 91. in fin. quos &

alias citat Farinac. in prax. p. 3. q. 100. n. 33. Gail. de Pace publica lib. 1. c. 9. Guasin. de Pace p. 1.

cap. 8. n. 16. Navar. gravam. 130. lib. 2. ex nostris Capicius de Pace,

& treuga dub. 9. vers. item quia. Ferrer. p. 3. obs. cap. 144. vers. simile servatur, & late cap. 145. Canc.

2. var. c. 8. n. 16. Fontanel. de Pac. nupt. tom. 1. clausul. 4. gloss. 15.

n. 111., & 113. Ideoquæ in tali ca-

<sup>i 51</sup> su familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis fori privilegio passivo tantum gaudent.

Quarto dubitatur: causa con-

<sup>i 52</sup> trabanni, & fraudem duanæ, pedagii, seu gabellarum sit civilis,

aut criminalis? Et licet criminalis sit, ut ex multis tradit Cortiad.

decis. 35. n. 89. familiares, offi-

<sup>i 53</sup> cialesque Sanctæ Inquisitionis

nullo privilegio fori gaudent,

quia agitur de juribus Regalibus,

ubi nullus privilegiatus invenitur,

ut jam diximus.

Quintò dubitatur: an causa, i 55

in quâ agitur ad pœnam provenientem ex contractu illicito, etiam

fisco applicandam sit civilis, vel

criminalis? In quâ recte distinguunt Scacia de Judic. q. 6. n. 1.

Bb 2 Fariæ

*Farinac. in praxi. p. 3. q. 100. n. mā, de quā Peg. cum infinitis ad 34. Cortiad. decis. 35. n. 90. Xam. Ord. lib. 1. sit. 1. §. 23. cap. 6. per tot. de Officio judic. p. 1. quæst. 11. n.*

156 91. inter casum, quo agitur ad instantiam partis ad poenam sibi applicandam, & inter casum, quo agitur ad vindictam ad instantiam fisci. In primo dicunt esse civilem, ac per consequens, familiares, officialesquæ Sanctæ Inquisitionis in eâ gaudent privilegio 158 fori passivo. In secundo esse criminalem contendunt, & in ea non gaudent privilegio fori, neque activè, nec passivè; quia ubi fiscus vel agit, vel defendit, privilegium fori familiarium, officialiumquæ Sanctæ Inquisitionis cassatur.

Sextò dubitatur: an causa ruptæ salvæ Guardiae sit civilis, vel criminalis? Et quamvis criminalem esse doceat omnes, de quibus *Olvanus de jur. fisci cap. 14. n. 142. Cortiad. decis. 35. n. 91. & 92. Farinac. in prax. p. 1. quæst. 29. a n. 12. Decian. tract. criminali lib. 7. cap. 16.* tamen

160 familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis nec activè, nec passivè privilegio fori gaudent, cùm etiam adversus Clericos rumpentes salvam guardiam Rex procedere possit: *Cortiad. supr. n. 93. Ripl. de Regal. cap. 21. a n. 82. Cancer. 3. var. cap. 14. num. 11. Bobadilh. lib. 2. politicor. cap. 18. n. 73.*

161 quia est crimē læse Majestatis, ob quod Princeps sacerdotalis valet procédere cōtra Clericos servatā for-

mā, de quā Peg. cum infinitis ad 34. Cortiad. decis. 35. n. 90. Xam. Ord. lib. 1. sit. 1. §. 23. cap. 6. per tot.

Dubitatur septimō: an causa 161 in quā agitur de habilitatione, seu inhabilitatione officij, sit civilis, vel criminalis? In qua communiter distingui solet inter casum, quo officium est publicum, seu privatum: sed indistinctè dicendum est, quod causa est civilis; nisi privatio veniat imponenda in poenam delicti: *Cancer. 3. var. cap. 17. n. 485. Clar. §. fin. quæst. 1. Cortiad. decis. 35. n. 82.* Ideo- 162 quæ familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis privilegio fori passivo in illa perfruuntur.

Limitatur vigesimo secundō, 161 quandō familiares, officialesque Sancti Officii non vocantur coram judge tanquam rei, sed ad deferendum testimonium in aliquā causā criminali, vel civili: nam tunc compelli possunt ad testimonium ferendum. *Cortiad. decis. 30. n. 114. Matheu de regimin. Valentiæ tom. 2. cap. 7. §. 3. sect. 1. n. 43.*

Difficultas verò erit, quandō 165 privilegia sunt opposita in ordine ad usum, ut si quis habeat privilegium incarcerandi quemcumque debitorem propter debita, & alter, ut non incarceretur propter debita. Item si quis habeat privilegium exigendi decimas ab omnibus, & alter non solvendi; communis resolutio desumpta ex *Au-*  
*thentic. de Sanctissimis Episcopis.* §. sed hæc præsenti, & ibi Barboz. est,

est, privilegium non gaudere suo  
 166 privilegio contra parem privile-  
 giatum, quando datur omnimoda  
 æqualitas, & par resistentia ex  
 parte uniuscujusque, quia actio  
 semper est à vincente, seu præva-  
 lente: in posito autem eventu  
 utrumque privilegium æqualiter  
 resistit, & pugnat: ergo neutrum  
 prævalere potest; si vero non de-  
 tur ista æqualis resistentia, & con-  
 trarietas, attendenda est qualitas  
 privilegii, sit nè generale, an spe-  
 ciale, sit novum, an antiquum:  
 nam si unum sit generale, aliud  
 speciale, speciale prævalet, quia

167 generi derogatur per speciem, ex  
*regula 34. de Regul. jur. in 6., &*  
*l. Sanctio ff. de Pæn. Menoch. conf.*  
*141. n. 24. Surd. de Aliment. tit.*  
*2. quæst. 15. n. 130., & Gutierr.*  
*præct. lib. 3. q. 24. n. 6.* quod intel-  
 ligitur, nisi generale per speciale  
 clausulam speciali derogaverit; si  
 autem utrumque sit generale, vel  
 speciale, & neutrum deroget al-  
 teri, attendi debet, quod sit anti-  
 quius, vel à maiori potestate egre-  
 diens, & adjudicabitur prævale-  
 re. *Ita Rodericus tóm. 1. quæst.*  
*Regul. q. 9. à n. 11. Salas disp. 17.*  
*deleg. sedi. 14., & Suar. tract. eod.*  
*lib. 8. cap. 23.*

169 Universem hanc doctrinam  
 traditam *Scobar de Pontificia, &*  
*Regia jurisdictione cap. 55. n. 32.*  
 exponit, & amplectitur eà mode-  
 ratione, nisi ratione professionis,  
 negociationis, aut exercitii, cau-  
 sævè, potentius sit alterutrius

privilegium, si enim studioso sint  
 causæ, & lites, quæ Cathedram  
 & quomodolibet professionem li-  
 terariam respiciant, vel contra-  
 ctum causa studii initum, tunc  
 nullo alio privilegio obstante scho-  
 læ Magister (& idem dic de quo-  
 cumque simili Conservatore) ad-  
 eundus erit, sive reus, sive actor  
 sit studiosus (actor scilicet intra-  
 diætas, aut in casibus exceptis ul-  
 tra eas) nisi tale privilegium op-  
 positum exhibeat, quod & ha-  
 rum causarum specialem deroga-  
 tionem habeat. Similiter si stu-  
 dioso lis sit cum Cardinali, vel E-  
 piscopo, vel Clerico in causâ res-  
 piciente dignitatem Cardinaliti-  
 am, aut Episcopalem, aut curam  
 animarum ab eisdem studioso cō-  
 missam, quicumque agat, vel con-  
 veniatur, Pontifex adeundus est,  
 vel Judex alias specialis ratione  
 causæ. Si cum equite, vel alio Rel-  
 igioso in causa ipsius Religionis  
 professionem, & regulam specta-  
 te, tunc semper adeundus est Præ-  
 latus Religionis, sive loquamur  
 de reo, sive de actore. Si cum pu-  
 pillo, vel alia miserabili persona  
 super tutella, vel alia administra-  
 tione, vel officio certo loco gestis,  
 judex loci adeundus. Hæc expo-  
 fitio, & moderatio desumitur ex  
*l. fin. Cod. de Jurisdic.* Item ex  
 duabus moderationibus, quæ cō-  
 munitèr adhiberi solent regulæ.  
 Quod privilegiatus contra privi-  
 legiatum non utitur suo privi-  
 legio; nempe, quando unum privi-

legium potentius est altero, vel speciale, quæ duæ limitationes in unam confluunt, aut saltem complectuntur genus, & speciem. Videantur Decius in c. in præsentia n. 51. Covar. citat. n. 4. & Grat. tom. 4. discept. forens. cap. 661. Accadius de privileg. juris Civilis lib. 2. cap. 5. ubi per tot. de concursu & comparatione privilegiorum. Covas prædict. cap. 7. n. 4. Franchis. decis. 16. ubi Amédan 5. Gregorius in lege 25. gloss. 5. tit. 22. partit. 3., & in l. 4. gloss. 1. tit. 15. partit. 6. Fontanell. decis. 100. Carlev. de Judic. tit. 1. disput. 2. num. 635., & tit. 3. disput. 31. n. 2. Hermos. in l. 5. gloss. 1. n. 4. tit. 1. p. 5. Salgad. in labyrinth. 1. p. cap. 7. à n. 46. Riccius p. 2. collect. 348., & p. 6. collect. 2308., & 2305.. Parlador. lib. 1. quotidianar. cap. 17. à n. 28. Scobar. de Pontificia, & Reg. jurisdicç. cap. 55. Sanch. lib. 6. conf. cap. 9. dubit. 9. Barb. axiom. 190. num. 12., & 3. & 4. Arouca allegat. 101. per tot.

Quæro, an privilegiatus contra 170 æquè privilegiatum privilegio uti possit? Regula est, quod privilegiatus non gaudet privilegio contra pariterem privilegiatum. l. sed & milites §. 1. ff. de Excusat. tutor. l. verum §. pen., & fin., & l. seq. ff. de Minorib. l. privilegia ubi Fran. à Rip. in 1. not. ff. de Privileg. credit. lassiduis Cod. qui pot. in pign. habean. Bal in authēt. perpetua Cod. de Sacros. Eccles. Phi. Fran in cap. si pater ante n. 109. de Testament.

lib. 6. Alex. in lege 1. §. numeratio col. 2. vers. item tene menti. ff. de novi oper. nunciat. Corn. conf. 140. circa hanc consultationem num. 9. lib. 1. Dec. conf. 221. non patitur n. 6. conf. 484. æquitati ad finem. Fac. de S. Georg. in l. 1. in princip. Cod. si adversus fisc. Paris de Puteo in tract. de Lud. n. 16. Maria Fun. conf. 74. viso testamento n. 21. lib. 1. Hyeron. Grat. responso 129. visis in fin. lib. 2. Steph. Bertran. conf. 152. punctus quæstionis n. 9. n. 1. in novel. Rober. Maran. in tractat. de Ord. jud. in 6. dist. princip. n. 34. Barb. d. axiom. 190. n. 2., & 3.

Fallit tamen hæc regula, quādū privilegiatus habet privilegium, quod est potentius privilegio alterius, vel alter tractaret de damno vitando, alter verò de lucro captando, quia qui potentius privilegium habet, & tractat de dāno vitando contra æquè privilegiatum privilegio uti potest, ut scribit Bart. in d. verum §. fin. ff. de Minor. in Authent. quas actiones n. 3. ubi etiam Jas. n. 11. Cod. de Sacros. Eccles. Bal. in d. Authent. perpetua Cod. eod. Pet. de Anch. conf. 37. contra Joannem ante medium vers. nam cùm dictus Laurentius. Paul. de Castr. conf. 213. ut bene attingatur ante fin. Ludovicus Rom. conf. 179. amplissimè Dodior, ante n. 17. And. Barba. conf. 20. clemētissimū ad fin. lib. 4. Angel. Aret. in §. rursus col. 2. ubi etiam Lud. Gom. post n. 27. vers., & idem Strilb. decis. 44. n. 6.

n. 6. mihi efficacior videtur. *Inst. de Action. Jas. in l. sed & cætera §. sed & quis. n. 4. ff. de Legat. I. Philip. Dec. in l. non debet. §. in re obscura ff. de Regul. jur. in Auth. qui rem col. pen. Cod. de Sacros. Eccles. in cap. in præsentia, post num. 51. vers. non obstant jura, de Probat. in cap. dilecti ante n. 8. de Exception. cons. 328. in casu proposito ante fin. vers. tertio responderi potest cons. 410. in causa mota n. 4. Franc. à Rip. d. l. privilegia n. 2. ff. de Privileg. credit. Maria Sozzi. Jun. cons. 127. viso themate n. 7. lib. I. Paris cons. 53. Dominus Hyeronimus n. 64. Andr. Tiraq. in tradit. de Pia caus. in 26. privil. car. pen. vers. nec obstat d. lex ult.*

Et quando, quis dicatur habere potentius privilegium, tradit ultrà alios *Dec. in d. cap. in præsentia de probationib.*

Prorsus regula ante dicta non habet locum, nisi quando uterque privilegiatus habet privilegium in specie respectu causæ, de quâ agitur, & privilegia utriusque in exercitio concurrerent; secùs tamen esset, quando alter tantùm ex privilegiatis in casu, de quo quæreretur, speciale privilegium haberet, tunc enim non impeditur, qui speciale privilegium habet contra privilegiatum, privilegio uti: nam licet omnes Ecclesiæ privilegium restitutionis in integrum habeant, etiam non obstante lapsu quadrienii, nihilominus Ecclesia contra Ecclesiam

restitui palam est, quia licet utraque sit in hoc privilegiata, ut in integrum restituatur, tamen Ecclesia restitutionem petens habet in hoc privilegium particulare respectu casùs, de quo agitur, altera verò Ecclesia, adversus quam petitur restitutio, non habet in hoc privilegium, quod cum alio in specie concurrat, sicquè hoc casu privilegiatus gaudet privilegio contra privilegiatum, prout etiam dicimus de Clerico alterum Clericum percutiente, qui non secùs, ac si ipse percutiens laicus fuisset, incidit in excommunicationem *cap. si quis suadente; non obstante, quod uterque Clericus gauderet privilegio dicti Canonis, quia percutiens, hoc casu nō habebat privilegium in specie, cuius exercitium cum privilegio percussi cōcurreret, ad quod possunt, & alia exempla adduci, ex his, quæ tradunt Bart. & alii d. Authen. quas actiones per tx. in l. ult. Cod. ex quibus causis maior. Salicet. in d. Authen. qui rem circa medium vers. item quia privilegium. Abbas in cap. fin. n. 2. de Ord. cognit. in cap. audit. num. 8. de restit. in integr. in cap. cum pro causa in 2. notab. de Sæt. excom. in cap. ad aures in 2. notab. de Præsuptio. Lud. Rom. in Auth. similiter in 44. privileg. Cod. ad leg. Falcid. Phil. Franc. in d. c. si pater ante n. 108. de testam. lib. 6. And. Barb. cons. 28. difficile col. 6. vers. sexto faciat vol. 3. Fel. in d. cap. in præsentia n.*

30. de Probation. *Jas. in l. si dominus. §. evictione n. 33. ff. de Legat.*  
 1. & in d. §. rursus n. 56. *Inst. de Action. Phi. Dec. in cap. causam quæ ante fin. vers. sed tamen responderi potest de Jud. Lud. Gomes super regul. Cancel. de Imperia, benefic. vacant. per obit. fami. Cardi. quæst. 12. ante fin.*

Et hæc est communis opinio, licet aliter loquatur *Philip. Dec. in d. cap. in præsentia, cuius dicta refert Audr. Tiraquel. in d. tract. de Pia causa in 26. privileg.*

## CAPUT XIX.

Familiares, officialesquè Sanctæ Inquisitionis, an possint, neglecta declinatoria exceptione petere avocatorias literas à suis Conservatoribus, & an isti eas dare teneantur, & illis non pertinentibus illas mittere, judicesque Ordinarios inhibere, & quandò, & quomodo dirimenda sit contentio inter Conservatores, & alios judices?

## SUMMARIUM.

1. *Ius avocandi de Regalibus est.*
2. *A Principe præviâ justâ causâ uti debet.*
3. *Inferiores à Principe avocare non possunt.*
4. *Nisi hæc potestas eis sit expressè concessa.*
5. *Dubitatur, an Inquisitoribus Apostolicis, judicibusquè sis-*

- calibus hoc sit concessum.*
6. *Affirmative resolvitur.*
7. *Verba concessionis referuntur.*
8. *Per hujusmodi verba privative in eos transfusa est jurisdictio.*
9. *Clausula nullus se intromittat ejus est naturæ, ut reddat causam similem causæ Clericali.*
10. *Dictio nullus omnium est exclusiva.*
11. *Habet vim implicitam negativam aliorum.*
12. *Etiam non expressorum.*
13. *Ex verbo nemo alias jurisdictione privativa data censetur.*
14. *Clausulæ nullus se intromittat ea est natura, ut ea derogatum sit cujuscumque jurisdictioni.*
15. *Prorogatione partium non obstante.*
16. *Clausula irritans gesta in contrarium, jurisdictionem privativam reddit.*
17. *Gesta in tali casu sunt nulla etiam parte non opponente.*
18. *Licet partes millies cōsentiat.*
19. *Consuetudinem in præteritu, & futurum tollit.*
20. *Dictiōnis nullius momenti ea est natura, ut ipso jure importet nullitatem.*
21. *Clausulæ ex nostra liberalitate ea est natura, ut reddat privilegium favorable, & operetur vim clausulæ non obstantibus.*
22. *Judex privatus potest inhibere,*

- 26 b̄ere, procedere què cōtra usur-  
pantes suam jurisdictionem.
- 23 Concessa jurisdictione, omnia  
concessa censem̄ur, sine qui-  
bus jurisdictione exerceri non  
potest.
- 24 Armis legalibus, & materia-  
libus potest iudex defendere  
suam jurisdictionem.
- 25 Praxis constans est, ut Inqui-  
sidores Apostolici, Judices  
què fiscales avocatorias con-  
cedant.
- 26 Consuetudo privilegij vim ba-  
bet tituli.
- 27 Utriusque par virtus est.
- 28 Nec contrarium admittit pro-  
bationem.
- 29 Neque populi consensum pro-  
bare est necesse.
- 30 Optima legis, & privilegij est  
interpres.
- 31 Privilegia in eo prævalent, in  
quo observata sunt.
- 32 Jurisdictionem retinet, eam-  
què tribuit, auget, & minuit.
- 33 Non tantum ante contestatio-  
nem litis, sed post, avocare  
possunt.
- 34 Nulli alij judices habent ju-  
risdictionem in familiaribus,  
officialibusquè.
- 35 Cōtestatio facta apud non ju-  
cē nullos operatur effectus.
- 36 Nullum, effectum validum  
producere non potest.
- 37 Jurisdictione Inquisitorum, &  
quoad intentum, segregata,  
& separata ab ordinaria om-  
nīnd est.
- 38 Familiares non sūt causa pro-  
xima privilegiorum, sed Reli-  
gio, & Sacrosanctū Tribunal.
- 39 Jurisdictione data ad favorem  
domini, à subditis prorogari  
non potest.
- 40 Jurisdictione Ordinaria amplis-  
sima est, habetquè intentionē  
fundatā adversus quoscūque.
- 41 Afferentibus se esse exemptos  
onus probandi incumbit.
- 42 Omnis jurisdictione est penes  
Principem, & ab eo, tam-  
quam à fonte, dimanat.
- 43 Potest eam, ut voluerit, com-  
municare.
- 44 Judices nullam aliam juris-  
dictionem habent, quam à  
Principe communicatam.
- 45 Regulariter jurisdictione est  
prorogabilis.
- 46 Regula hæc limitatur in pri-  
vativā.
- 47 Favori suo unusquisque re-  
nunciare potest.
- 48 Regula hæc non procedit, si  
tertius lēdatur.
- 49 In præjudicium tertij alienæ  
jurisdictioni nemo se submit-  
tere potest.
- 50 Privilegiū non est concessum  
familiaribus, officialibusquè  
sed Religioni, & Sancto Of-  
ficio.
- 51 Et in regaliā tanti ministerij.
- 52 Prorogare, & renunciare sy-  
nonima sunt.
- 53 Vassallus in præjudiciū domi-  
ni, nec foro renunciare, ne ju-  
risdictione prorogare valet.

- 54 Argumentum à contrario sen-  
su validum est.
- 55 Dummodo contra ius non sit.
- 56 Judices, quibus à Principe  
denegata est jurisdictione.
- 57 Sententiae latæ à judice pror-  
sus incompetente nullæ sunt.
- 58 Ubi jurisdictione non est proro-  
gabilis, etiam post sententias  
exceptio opponi potest.
- 59 Refertur arrestum, & Regium  
decretum.
- 60 Ubi prohibetur prorogatio par-  
tium, cōsensus nihil operatur.
- 61 Contumax jurisdictionem pro-  
rogare non potest.
- 62 Ad prorogationem requiritur  
consensus.
- 63 Et non sufficit factus, seu inter-  
pretativus.
- 64 Per processum contra contu-  
macem non acquiritur juris-  
dictione.
- 65 Et si ad sententiam sit deven-  
tum.
- 66 Judex prorsus incompetens se  
competentem declarare non  
potest.
- 67 Contumax omnes exceptiones  
declaratorias, & dilatorias  
amittit.
- 68 Contumacia alterius jurisdictionem prorogat.
- 69 Privatus consensus facit ju-  
dicem eum, qui jurisdictioni  
præest.
- 70 Contra contumacem pessima  
fit interpretatio.
- 71 Foro suo sine superioris con-  
senso potest quis renunciare.
- 72 Jurisdictionem judicis pror-  
sus incompetentis prorogare  
quis nequit.
- 73 Concessio tribuens privativā  
jurisdictionem prorogationē  
non impedit.
- 74 Prohibente Principe proro-  
gationem, hoc non procedit.
- 75 Specialiter prorogationē pro-  
hibere Princeps cēsetur, quā-  
do eam concessit cum clausu-  
lis abdicativis, & decreto ir-  
ritante.
- 76 Prout in nostris terminis.
- 77 In criminalibus regulariter  
prorogatio locum non habet.
- 78 Etiam non pententibus, & re-  
luctantibus familiaribus, offi-  
cialibusquè possunt Inquisito-  
res, & judices fiscales causas,  
& lites avocare.
- 79 Privilegij effectus, licet extē-  
datur ad familiares, domino  
concessum intelligitur.
- 80 Inquisitoribus, judicibusquè  
fiscalibus jurisdictione concessa  
est privative cū clausulis ab-  
dicativis, & decreto irritati.
- 81 In his terminis subditi in præ-  
judicium superioris alienam  
jurisdictionem prorogare non  
possunt, immo superior ex offi-  
cio potest avocare, illis invitatis.
- 82 De baronibus idem est tenēdū.
- 83 In dubio suo velle privilegio  
renūciare nemo præsumitur.
- 84 Nec ex actu renunciationi  
proximo.
- 85 Quare ad excludendam renū-  
ciationē omnis conjectura to-  
leratur.
- 86 Pro-

- 86 Procurator sine speciali mandato jurisdictionem prorogare non potest.
- 87 Protestatio protestantis ius conservat.
- 88 Post avocationem intimatam ad ulteriora procedere judex non potest.
- 89 Et attentatum est, quid postea fecerit.
- 90 Sive avocatio sit justa, sive injusta.
- 91 Per avocationem judex manet inhibitus.
- 92 Inhibitio sive justa, sive injusta attentatum causat.
- 93 Superior in materia avocationis, & inhibitionis censetur is, qui est superior in eodem genere jurisdictionis.
- 94 Inquisitores, judicesque fiscales sunt privative judices delegati ad certam Universitatem causarum.
- 95 Et in hujusmodi causis maiores, & superiores quocumque Ordinario.
- 96 Si casus sit dubius, Inquisitores, vel judices fiscales cognoscere debent, an sua sit jurisdictione.
- 97 Quando inter delegatum, & Ordinarium vertitur dubium super jurisdictione, ille, & non iste cognoscit, an sit sua.
- 98 Exceptiones partibus citatis, remitti debent ad judicem alicuius vocantem.
- 99 Quando cōtentio est inter duos Conservatores, ille cognoscere debet, qui habentium po-
- tiora privilegia Conservator fuerit.
- 100 Conservator scholasticorū, & omnis alius eorum, quorum privilegia vincuntur a familiaribus, officialibusque Sanctæ Inquisitionis, tenentur remittere.
- 101 Intelliguntur, & declarantur proximè dicta.
- 102 In casu à jure deciso, vel à Doctoribus fatuus est consulere Principem.
- 103 Ortā cōtentione, supercedendum est in causa principali.
- 104 Acta sunt remittenda ad Sacrum, & Supremum Inquisitionis Consilium.
- 105 Pendente resolutione nihil innovandum.
- 106 Dum pendet cōtentio judices nesciunt, quis eorum judex sit.
- 107 Causa competentiæ alteri est prejudicabilis.
- 108 In causa principali supercedendum est, dum prejudicabilis non resolvitur.
- 109 Quomodo in casu dirimenda est contentio.
- 110 Senatori Palatini tenetur ire ad Consilium.
- 111 Ubi Inquisitor antiquior primum votum dat.
- 112 Eadem forma custoditur in alijs Regnis, de quibus ibi.
- 113 Eadem servanda est, quoad omnes alias causas.
- 114 Redditur ratio.
- 115 Ratio ubi est eadē, debet esse eadem

- 115 *ad eadem juris dispositio.*
- 116 *Quomodo formanda.*
- 117 *Judex, & notarii tenentur remittere processum originalem.*
- 118 *Nisi continet alios reos, quia tunc sufficit exemplum.*
- 119 *Proponitur, an sacrum, ac venerandum Concilium possit procedere contra judicem, & notarium renuentes remittere processum.*
- 120 *Ad defensionem jurisdictionis possunt Inquisitores procedere per censuras Ecclesiasticas.*
- 121 *Inquisitores, quoad familiares, officialesque Sanctae Inquisitionis, Ecclesiastici iudices sunt secundum multos.*
- 122 *Judices sacerdotes non possunt formare Inquisitiones speciales contra familiares, officialesque Sanctae Inquisitionis.*
- 123 *Et si eos capiant, eos statim remittere tenentur.*
- 124 *Episcopi, & Inquisitores quoad privilegia aequiparantur.*
- 125 *Qui veniant appellatione familie Inquisitorum.*
- 126 *Familia, & Officiales Episcopi gaudent, tam in civilibus, quam in criminalibus privilegio fori.*
- 127 *Inquisitores possunt procedere contra turbantes, aut impedientes ministerium Sancti Officij.*
- 128 *Hujusmodi ipso jure manent excommunicati.*
- 129 *Privilegia concessa Sancto Officio, licet secularia sint quoad originem, quoad effectum Ecclesiastica sunt.*
- 130 *Accessoria induunt naturam principalis.*
- 131 *Referuntur DD. afferentes jurisdictionem Inquisitorum, quoad presentem materiam, esse secularis.*
- 132 *Relinquitur questio lectoribus, & judicibus resolvenda.*
- 133 *Et consuetudini, secundum quam vel affirmativa, vel negative resolvitur.*
- 134 *Episcopi familia, & officiales sacerdotes privilegio fori non gaudent.*
- 135 *Admonentur iudices, ut parent fidei Ministris.*
- 136 *Qualitas tribus jurisdictionem ante omnia est probanda.*
- 137 *Qualitas causae, & tenor privilegij, ac censuetudo.*
- 138 *Concordiae aliquorum Regnum transcribuntur, & numeris sequentibus.*

**J**us avocandi non competere iure civili, sed solius Principis esse, qui liberè potest quamque in parte litis jurisdictione judicis tollere, & revocare, apud omnes est in confessu: ut videre est apud Benedict. Pereyr. in sua Academiâ, seu Republicâ literariâ lib. 3. disp. 4. quest. 2. n. 401. Cov. pract.

pract. cap. 9. per tot. ubi Faria, autem debent in consulto Principe  
 Lancellot. de attentat. 2. p. cap. 10.  
 per tot. Gregor. Lopes in l. 47. tit.  
 18. partit. 3. Magon. decis. 9. Ca-  
 valcan. decis. 45. lib. 1. & decis. 4.  
 lib. 2. præsumpt. 28. n. 36. Surd. lib.  
 5. conf. 56. Scobar. de Pontific. &  
 Reg. jurisdiction. cap. 25. & proba-  
 tur ex Ord. lib. 1. tit. 58. §. 22. &  
 23. ubi latè Peg. gloss. 24. & 25.  
 & libr. 1. tit. 7. §. 1. & 31. & libr.  
 3. titul. 5. §. 10. Avendan. de exe-  
 quend. mandat. 1. part. cap. 19. n.  
 2. Bertachin. de potest. Episcop.  
 2 lib. 5. part. 5. n. 41. qui dicunt hoc  
 etiam minimè fieri debere à Prin-  
 cipe sine causâ. Paul. Castrens.  
 in Auth. quia in provincia. Cod.  
 ubi de crimin. agi oportet. Peg.  
 ad Ord. lib. 1. titul. 3. §. 45. gloss.  
 106. num. 18. Mastrilh. de Magis-  
 trat. lib. 5. cap. 7. num. 5. & 6. &  
 decis. 127. Solorzan. de jur. Indi-  
 ar. tom. 2. libr. 4. cap. 12. num. 4.  
 Cresp. observ. 15. Valensuel. conf.  
 85. per tot. & 171. num. 12. Peg.  
 ad Ord. libr. 1. titul. 2. §. 13. gloss.  
 52. num. 14. ubi de damno avoca-  
 tionis Themud. decis. 10. latissimè,  
 & novissimè Stephanus Nathen  
 de justit. vulnerat. Christianè, ju-  
 ridicè, & politicè curata 2. part.  
 tit. 2. de jt. stit. in jurisdiction. vul-  
 nerat. cap. 11. per tot.  
 3 Ideoquè judices non posse a-  
 vocare causas ad suum judicium,  
 nisi hoc specialiter eis sit conce-  
 sum: probatur ex Ordinationib.  
 supr. allegat. & ex l. solent. §.  
 sicut ff. de offic. Proconsul. ibi: non

hoc facere, docentque DD. supra  
 citati, & infra referendi.  
 His suppositis, totus cardo rei  
 est: an Inquisitoribus Apostoli-  
 cis concessum sit jus avocandi cau-  
 cas, & lites familiarium, officialium  
 què Sanctæ Inquisitionis ad forum  
 Sancti Officij? Et hanc potesta-  
 tem eis esse concessam, & inconse-  
 quentiam judicibus fiscalibus, pro-  
 batur ex verbis privilegij relati  
 cap. 3. n. 40. pag. 16. ibi: E nenhum  
 se entrometa em conhacer nos ca-  
 sos aqui declarados, em q' hey por  
 bem que os ditos Inquisidores sejaõ  
 Juizes, e tenhaõ jurisdiçao sob pe-  
 na de lhe ser estranhado como oca-  
 so merecer, e tudo o q' se fizer con-  
 tra a forma deste, ser nullo, e de  
 nenhum vigor, por assim ser minha  
 mercé: per quam verba abdicavit

8

Rex omnem jurisdictionem Or-  
 dinariam à judicibus Ordinarijs,  
 & illam transtulit privativè cum  
 inhibitione cæterorum judicum,  
 ex Capic. decis. 122. num. 6. Anna  
 conf. 107. n. 4. Rovitus tit. de mi-  
 litib. pragm. 15. num. 10. Giurb.  
 conf. 95. num. 7. loquens in termi-  
 nis præsentis clausulæ, cuius ea  
 est natura, ut causam reddat quo-  
 dammodo similem causæ Cleri-  
 cali, Capic. supr. num. 6. Anna  
 num. 6. Franco decis. 417. num. 8.  
 & decis. 722. n. 7. Giurb. dict. n.  
 7. Barbos. clausula 91. & 92. per  
 totas, & jurisdictionem alijs de-  
 negare Giurb. conf. 59. num. 24.  
 Barbos. dict. 229. per tot. ubi  
 de

9

de vi dictionis nullus. Capic. de-  
cis. 9. Foler. in prax. gloss. audian-  
tur n. 68. Gramm. decis. 30. num.  
1. Franc. decis. 723. n. 8. Riccius  
decis. 96. n. 11. Rovitus pragmat.  
15. num. 10. Giurb. conf. 59. n. 24.  
optimè Carlev. de judic. titul. 1.  
disp. 2. à num. 1203. Peg. ad Ord.  
lib. 1. tit. 3. §. 39. gloss. 100. num.  
2. & titul. 5. §. 4. gloss. 6. n. 7. ubi  
multos citat.

10 Etenim dictio nullus, de quā  
tititur Rex, omnium est exclusivā,  
ex l. adversus Cod. si adversus  
transactionem. l. his solis Cod. de  
revocand. donationib. Felin. in  
cap. pastoralis n. 2. Decius conf.  
479. n. 2. Tuscus conclus. 556. à n.  
10. Decian. conf. 29. n. 45. Giurb.  
dict. n. 24. Gratian. decis. 78. n. 28.  
ubi Scoppa, Barbos. diction. 229.  
Seraphinus decis. 820. num. 6. Ca-  
ded. 1. p. decis. 22. n. 1. Carlev. d.  
num. 1203. omnino videndus Peg.  
ad Ord. lib. 1. tit. 3. §. 39. gloss. 100.  
n. 2. ubi datarios.

11 Habet enim implicitam nega-  
tivam respectu aliorum. Decian.  
conf. 29. num. 45. Honored. conf.  
8. n. 28. Giurb. conf. 59. n. 24. Bar-  
bos. diction. 229. à n. 1. usque ad  
12 ultim. quæ expressa non sunt. Gi-  
urb. dict. num. 24. & ex illo verbo  
alios nemo jurisdictione privative  
13 data censemur Rom. conf. 393. n.  
11. Ruinus conf. 7. num. 6. tom. 4.  
Cappic. decis. 9. num. 15. Gramm.  
decis. 30. num. 8. & 9. Decian.  
conf. 35. n. 60. Millanensis decis. 5.  
n. 3. & 4. part. 2. Giurb. conf. 59.  
n. 25. Grat. decis. 145. num. 2. ubi  
Scopp. Plotus conf. 133. n. 29. vo-  
lum. 1. Cartar. decis. 68. num. 4.  
Borrell. in summ. decis. titul. 41.  
n. 75. & 77. Menoch. libr. 2. præ-  
sumpt. 18. num. 11. & de arbitrar.  
quæst. 49. n. 7. eo maximè juncta 14  
clausula nullus se intromittat, quā  
utitur Rex, quæ clausula privati-  
vam jurisdictionem ita tribuit, ut  
derogatum sit cuicunque juris-  
dictioni, partium prorogatione  
non obstante, ex l. dominicis ultim. 15  
Cod. ubi causa fiscalis ubi Barb.  
num. 3. Menoch. lib. 1. præsumpt.  
18. n. 13. Garc. de nobilitat. gloss.  
1. n. 5. Fulvius Pacian. de proba-  
tionib. lib. 1. cap. 31. num. 56. Bar-  
bos. in l. 1. ff. de judic. art. 4. à n.  
99. Giurb. conf. 59. n. 25. Bald. in  
l. testamenta Cod. de testament.  
Felin. in dict. cap. pastoralis. Gra-  
tian. decis. 78. & Forens. cap. 569.  
n. 29. Carlev. de judic. tit. 1. disp.  
2. n. 1061. & 1100.

Addit. Rex Decretum irritans 16  
omnium, quæ in contrarium facta  
fuerint, ibi: *E tudo o que se fizer*  
*contra a forma deste, ser nullo, cu-*  
*jus clausulæ ea est natura, & effe-*  
*cus, ut irritet, seu annullet om-*  
*nia, quæ in contrarium fiunt, ex*  
*cap. si eo tempore de election. lib. 6.*  
*cap. 1. vers. ad siciebatur de con-*  
*cession. præbend. eodem. lib. Cov.*  
*practicar. cap. 9. n. 7. Solorzan.*  
*de jur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 4.*  
*num. 23. Mares cot. variar. lib. 2.*  
*cap. 38. Gratian. cap. 283. num. 3.*  
*575. num. 5. & 9. 591. num. 13.*  
Phæb.

Phæb. 2. p. decis. 237. n. 5. cum in- tollit: Mart. supr. num. 9. cum finitis Barb. de clausul. clausulā 40. alijs Barbos. dict. clausul. 40. n. 35. ubi ait contra decretum irritans allegari non posse non usum, contrariumvè usum.

17 Ipsò jure etiam parte non opponente: Barbos. d. clausul. 40. num. 3. Cald. forens. lib. 1. quæst. 6. num. 29. Tuscus practicar. conclusion. tom. 2. literā D. conclusiōn. 115. Mart. de clausul. clausulā 191. num. 6. Monet. de commutation. ultimar. voluntat. cap. 7. n. 230. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. §. 9. Valensuel. conf. 228. num. 91. & est constans apud omnes, de quibus Carlev. in locis supr. citatis. Peg. ad Ord. libr. 1. tit. 3. §. 39. gloss. 100. n. 2. & tit. 5. §. 4. gloss. 6. n. 17.

18 Quamvis partes millies consen- tiant, quia formam inducit, quâ non servatâ, actus corruit: Gutier. pract. lib. 3. quæst. 15. Mart. de ju- risdict. part. 4. centur. 1. casu 49. n. 19. cum infinitis Barb. d. clausul. 40. n. 32. Cevall. quæst. 900. num. 13. Garc. de nobilitat. gloss. 15. n. 9. & dispositioni, cui adjectum est, licet facta sit ad commodum partis, non potest ipsa pars renun- ciare, postquam uti incépit, sive expressè, sive tacite, ut cum com- muni calculo DD. resolvit Barb. dict. clausul. 40. n. 5. & melius. n. 33. Carlev. supr. num. 1100. num. 1130. & 1142. Themud. 1. part. decis. 44.

19 Consuetudinem nedum in præteritum, sed etiam in futurum

Procedit Rex addendo dictio- 20 nem, quod facta in contrarium sint nullius momenti, cuius dictio- nis ea est natura, & is est effec- tus, ut importet ipso jure nullita- tem actus in contrarium gesti, ex l. si quis Sempronium ff. de hære- dib. instituend. Scobar. in tract. de utroque foro art. 5. n. 210. cum infinitis Barbos. de dictionib. dic- tion. 227.

Concludit itaqùe Rex simile 21 privilegium concessisse ex sua li- beralitate, cuius clausulæ ea est natura, ut reddat privilegium fa- vorabile, & latè interpretandum: Barbos. cæteris relatis clausul. 79. n. 26. & habet vim clausulæ non obstantibus: Barbos. n. 13. ubi multos dat concordantes.

Ex quibus omnibus, & infrà 22 dicendis apertè constat Inquisito- res, quoad officiales continuos Sanctæ Inquisitionis, & judices fisci, quoad familiares esse judices ita privativos, ut nullus alias in Regno eorum judex dici possit. Atqui judex privatus potest in-hibere, & procédere contra alios quo scumque judices usurpantes suam privativam jurisdictionem tamquam privatos, ex l. i. in prin- cip. ff. si quis jus dicenti non ob tem- per. l. observandum ff. de offic. Præ- sid. cap. 1. cap. prætereacap. signifi- casti

casti. cap. ex literis. cap. de causis borensibus, quorum hodie est  
 de offic. & potestat. judic. de legat. primus frater meus utrinque con-  
 junctis glossis ibi, & Barb. capit. junctus valde colendus Domnus  
 dilecto de sentent. excommunicat. Emanuel Guerreyro Camacho  
 in 6. cap. 1. gloss. verb. punire de Algarbiensis Sedis Decanus, & à  
 pæn. in 6. Barb. in d. cap. dilecto Conimbricensibus, quorum pri-  
 de sent. excommunicat. in 6. Cor-  
 tiad. decif. 27. num. 8. & 9. Fonta-  
 nell. decif. 318. num. 9. & 319. n.  
 20. Menoch. conf. 230. à num. 80.  
 Mart. de jurisdiction. p. 3. cap. 1.  
 à n. 4. & part. 4. cap. 128. num. 4.  
 Pareja de instrum. edict. tom. 1. tit.  
 2. resolut. 6. n. 29. Bobadilh. libr.  
 2. policor. cap. 18. num. 85. quibus  
 adde, quos citavimus in nostro  
 opere de muner. judic. Orphanor.  
 tract. 1. libr. 4. capit. 14. tract.  
 5. libr. 1. capit. 6. quia concessa ju-  
 risdictione, omnia censentur con-  
 cessa, sine quibus jurisdictione ex-  
 erciri non potest, ex l. 2. ff. de ju-  
 risdict. omnium judic. & nos latè  
 diximus d. cap. 14. Seff. de inhibi-  
 tion. tit. 9. §. 1. n. 18. ubi tradit,  
 quod judex potest armis materia-  
 libus, & legalibus resistere tur-  
 bantibus uti suâ jurisdictione: er-  
 go Inquisitores, Judicesque fis-  
 cales possunt causas avocare à  
 quocumque judice, eumque inhi-  
 bère, nè ulterius procedat. Peg.  
 ad Ord. lib. 2. tit. 14. & tit. 47. in  
 princip. n. 31.  
 25 Confirmatur nostra resolu-  
 tio, quia ita practicatur ab Apo-  
 stolicis Inquisitoribus, Judicibus  
 quæ fiscalibus ex conuentudine  
 immemoriali, ut ipse testor, qui  
 ita vidi fieri ab Inquisitoribus E-  
 borensibus, quorum hodie est  
 primus frater meus utrinque con-  
 junctus valde colendus Domnus  
 Emanuel Guerreyro Camacho  
 Algarbiensis Sedis Decanus, & à  
 Conimbricensibus, quorum pri-  
 mus est egregius vir, tūm literis,  
 tūm virtute, tūm nobilitate, ac  
 cæteris animi dotibus præclaris-  
 simus Dominus Doctor Joannes  
 Duardus Ribeiro amicus meus  
 valde dilectus, & ab Ulyssipponen-  
 sibus, quorum primus est Domi-  
 nus Doctor Petrus Hasse de Bel-  
 lem vir fane eximiae virtutis, & lite-  
 ratissimus, ac omnibus titulis co-  
 lendiffimus, clarissimus, amicus  
 meus summè amabilis, & ita pra-  
 cticavitam in Eborensi fisco, quam  
 n hoc Conimbricensi, & acce-  
 pi observatum ab omnibus meis  
 antecessoribus, quæ quidem con-  
 fuetudo privilegij vim habet ti-  
 26 tuli, ex capit. super quibusdam §.  
 præter de verbor. significat. ubi  
 Barbos. Felin. in cap. accedentes  
 de præscription. Giurb. conf. 59. n.  
 7. Alexander conf. 24. num. 14. in  
 Ruinum conf. 103. n. 4. in 5. conf.  
 115. n. 24. Roland. conf. 89. n. 32.  
 in 2. Gabr. in tit. de præscript. con-  
 clus. 12. Peregrin. de jur. fisc. libr.  
 7. tit. 3. n. 22. Gratian. cap. 492.  
 num. 1. & 461. n. 13. Sixtinus lib.  
 1. de Regalib. cap. 5. à num. 132.  
 Tusc. literā C. conclus. 873. num.  
 1. Balmased. de collect. q. 119. n.  
 8. & quæst. 126. num. 9. etiam in  
 casibus reservatis: Gratian. cap.  
 492. n. 4. Giurb. cum aliis n. 7. &  
 utrius-

- utriusque par vitus est; cap. no-  
vit. de judic. cap. conquestus 11.  
 28 q. 3. ut nec contraria admittatur  
probatio: Giurb. dict. num. 7. Bo-  
badith. lib. 5. politicor. capit. 10. n.  
 29 11. & 12. quin neque populi con-  
fensum probare necesse est Tusc.  
litera C. conclus. 873. num. 4. Gi-  
urb. dict. n. 7. nec certam Principis  
scientiam Tusc. d. n. 5. Giurb. d. n.  
7. Sextinus de regalib. lib. 2. cap.  
12. num. 159. Surd. conf. 335.  
n. 63.  
 30 Optima legum, & privilegij  
est interpres Giurb. conf. 19. num.  
42. 54. & 65. & conf. 39. num.  
68. Valensuel. conf. 8. num. 4.  
Affict. decis. 136. text. in l. mini-  
mè. ff. de legib. Barbos. axiom.  
56. num. 8. Molin. de primogenit.  
lib. 2. cap. 6. n. 57. Gutierr. pract.  
lib. 3. q. 62. n. 26. Molin. de justit.  
& jur. tom. 3. disputat. 590. Im-  
31 mō & privilegia in eo prævalent,  
in quo observata fuerunt, ex ca-  
pit. si de terra de privileg. ubi Bar-  
bos. cap. cùm accessissent de consti-  
tutionib. l. 1. ff. de nundinis Mo-  
lin. de primogenit. libr. 2. capit. 7.  
n. 71. Bobadilh. dict. cap. 10. n. 10.  
cum alijs Giurb. conf. 59. num. 30.  
 32 qui num. 6. ait, quòd consuetudo  
jurisdictionem retinet, eamquè  
tribuit, auget, minuit, ac merum,  
mixtumquè imperium, ex l. viros  
Cod. de diversis officijs lib. 12. cap.  
conquestus 9. quæst. 3. cap. irrefra-  
gabili. §. 1. capit. dilectus de offic.  
Ordinarij. cap. cùm contingat de  
for. compet. cap. 2. de except. Can-
- cer. 3. var. cap. 2. n. 63.  
 Unde firma pérmanet nostra 33  
refolutio, dum tenet, Inquisito-  
res, Judicesquè fiscales posse avo-  
care causas, & lites officialium,  
familiarium què Sanctæ Inquisitio-  
nis à quocumque judge, sive Or-  
dinario, sive Delegato, quam am-  
pliamus primò, ut procedat etiam,  
quamvis lis, seu causa sit jam con-  
testata apud quemcumque judi-  
cem, & probamus primò amplia-  
tionem nostram, qui a supposito  
privilegio, & clausulis abd. cati-  
vis illius, cæteri alii judges regni 34  
non possunt cognoscere de cau-  
sis familiarium; officialiumquè  
Sanctæ Inquisitionis ex defectu ju-  
risdictionis, ut hactenùs probavi-  
mus in præsenti cap. & abundè in  
antecedenti, & cap. 4. Atqui con-  
testatio facta in causa, in qua ju-  
dex nullam potest habere jurisdi-  
ctionem nullos contestationis pro-  
ducit effectus, ut notant Docto-  
res ad titulum de litis contestatio-  
ne, ubi Zoezius, & Valens ad ti-  
tulum Cod. de litis contestatione,  
& ad nostram Ord. libr. 3. tit. 51.  
 quia omnia gesta coram non judi-  
ce nulla sunt, & quod nullum est 35  
effectum validum producere non  
potest, ex l. 3. §. condemnatum ff.  
de re judicat. cum alijs, de qui-  
bus Barbos. axiom. 164. per tot.  
ergo etiam post contestationem  
litis validè avocantur causæ, seu  
lites. Cabed. 1. part. decis. 22. num.  
4. & 10. Ord. libr. 3. titul. 37. §. 2.  
ubi Barbos.

37 Secundò probamus, quia jurisdictio Inquisitorum, & judicium fiscalium ex privilegio separata fuit in favorem Religionis, & in  
 38 debitam Inquisitorum reverētiam, ut probavimus *capit. 4.* & patet ex privilegijs relatis *capit. 3.* & hæc fuit causa finalis proxima hujus concessionis, & non ipsi familiares, qui ad plurimum ut causa remota considerari possunt; At qui ubi jurisdictio data est in favorem alicujus communitatatis privativè, non poterunt alij judices cognoscere de illis causis, etiam ex prorogatione partium,  
 39 ut tradit noster insignis *Barbos. ad text. in l. 1. ff. de judic. artic. 4. num. 49.* & 50. ibi: *Ex quibus colligitur valde notanda conclusio in hac materia, quod ubi ex verbis concessionis colligitur jurisdictionem datam fuisse privativè, ut in casibus, quos congerit Felinus in capit. cæterum de judic. Ruinus conf. 7. num. 6. libr. 4. non poterunt alij judices cognoscere de illis causis, etiam ex prorogatione partium, tradunt etiam Cabed. decis. 22. num. 2. Giurb. in nostris terminis consil. 95. num. 7. Carlev. de judic. disput. 2. n. 1100. Pereyr. decis. 29. Cortiad. decis. 10 n. 237. Gratian. decis. 78. n. 25. ubi Scopp. Solorzan. in polit. lib. 6. cap. 14. Cinus in l. 1. Cod. de jurisdic. omnium judic. n. 2. Guiterr. de juram. confirmat. part. 3. cap. 5. n. 20. Amat. resolut. 33. n. 19. Fermos. in cap. significasti 18.*

*de for. compet. q. 1. n. 19. ubi Fe-  
 lician de Veiga n. 24. infinitis re-  
 latis Carlev. de judic. disputat. 2.  
 num. 1169. Salzed. in l. 1. titul. 13.  
 lib. 3. recopilat. à num. 13. usque  
 ad 25. Matheu de regimin. Valen-  
 tiæ tom. 1. cap. 4. §. 10. n. 8. & 7.  
 Barbos. in l. 1. Cod. de jurisdic.  
 omnium judic. à num. 1. usque ad  
 13. Marant. de ordin. judicior.  
 part. 4. distinct. 12. Menchac il-  
 lustrium part. 2. capit. 13. per  
 tot. ergo etiam post litem conte-  
 statam causæ, seu lites, avocari  
 possunt.*

Nec obstat primò, quòd amplif-  
 sima sit jurisdictio Ordinaria, ha-  
 beatquè intentionem fundatam  
 contra omnes, & quoscumque in  
 suo territorio existentes adeò, ut  
 contrarium afferentibus in-  
 cumbat onus probandi privile-  
 gium exemptionis, ex l. 1. §. cum  
 Urbem ff. de offic. Præfet. Urb.  
 cap. cùm personæ de privileg. in  
 6. l. si quos ex aliena ff. de judic.  
*Barbos. in l. Titia ff. soluto num.  
 31. Cortiad. decis. 13. infinitos re-  
 ferens n. 4. & 5. Valensuel. cons.  
 57. à num. 1. Sesse de inhibition.  
 capit. 5. §. 10. à num. 5. Menoch.  
 cons. 195. n. 3. ubi quinquaginta  
 quatuor Doctores congerit, qui-  
 bus adde, quos citavimus de mu-  
 ner. judic. Orphanor. libr. 4. cap.  
 14. Peg. ad princip. Ord. libr. 2.  
 tit. 47. n. 31.*

Quia respondemus: quod cum omnis jurisdictio penès Prin-  
 cipem dumtaxat sit, & ab eo tam-

tamquam à fonte procedat, ut infinitis relatis docet Giurb. cons. 4359. n. 34. Cortiad. decis. 38. num. 25. ubi infinitos cumulat, potest illam, prout voluerit, alteri communicari, proindequè omnes judices nullam aliam jurisdictionem habent, nisi quatenus à Principe, vel statuto, eis fuerit communitata: gloss. verb. in criminalibus titul. de paci. constant. Bald. in Authentic. decernimus Cod. de Sacrosancti. Eccles. n. 2. Ruginel pract. q. 42. n. 4. Mascard. de probat. conclus. 1050. num. 7. Mastrilh. de magistrat. libr. 5. cap. 5. num. 2. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1. tit. 1. n. 12. cum ilijs Giurb. dict. cons. 59. num. 35. Unde cum Princeps familiares, officialesque Sanctæ Inquisitionis, quoad casus privilegiatos à jurisdictione Ordinaria, exemptos fecit, nullam respectu illorum habent jurisdictionem, ac per consequens rectè ab eis causæ, seu lites, avocantur. 45 Non obstat secundò, quod jurisdictione judicium Ordinariorum est prorogabilis, ut docet Barbos. in l. 1. Cod. de jurisdictione omnium judic. num. 1. cum infinitis Cortiad. decis. 35. num. 5. & 31. latissimè Barbos. in l. 1. ff. de judic. art. 1. per tot. Pereyr. decis. 29. per tot. Cabed. 1. part. decis. 22. per tot. Carlev. de judic. titul. 1. disputat. 2. à num. 969. usque ad 1253. Peg. ad Ord. libr. 2. titul. 47. in princip. num. 31.

Quia respondemus, quod hoc non procedit quando Princeps jurisdictionem privativè concessit aliqui judici, tunc enim adversus eum prorogari non potest, qui clausulam habet abdicativam. Abb. in capit. ex transmissa defor. compet. notabili 1. Capic. decis. 9. num. 15. Franch. decis. 417. n. 2. Boer. decis. 114. Ruginel. pract. q. 47. num. 26. in terminis Giurb. cons. 95. n. 14. ubi alios citat Peg. ad princip. Ord. lib. 2. tit. 63. n. 14. & 15. Non obstat tertio, quod renunciare quisque possit fori suo privilegio à lege, vel Principe concessso, quia id verum est, si fori privilegium renunciantis favorem concernat, secùs si superioris: ex l. 1. & 2. ff. de judic. l. 48 1. §. & post operis ff. de novi operis nunciation. ibi Jason num. 11. Clar. §. fin. quest. 42. Cancer. 2. variar. cap. 2. num. 194. Giurb. cons. 59. num. 40. & 41. & cons. 95. n. 13. quo in casu absque ejus consensu renunciatio facta non subsistit: Roman. cons. 369. n. 18. Giurb. dict. num. 13. Afflit. dict. decis. 137. Gratian. decis. 78. n. 58. ibi Scopp. Cost. de scientia, & ignorantia centur. 2. dist. 66. num. 15. Rovitus pragm. 2. num. 25. Peres in l. 2. tit. 1. libr. 3. Ordinamenti. Cenelo q. 12. n. 8. & 9. Tusc. practicar. litera C. conclus. 1027. n. 3. Gail. libr. 1. observ. 40. neque enim procedit tx. in l. si quis in conscribendo Cod. de paci. eum

similibus, si de alterius renuncian-  
49 tis agatur præjudicio. *Franch.* di-  
cis. 540. n. 20. *Menoch.* cons. 1261.  
num. 25. & cons. 1129. num. 2.  
*Giurb.* cons. 59. num. 40. *Otalor.*  
de nobilitat. part. 2. cap. 9. num. 13.  
*Trentacing.* var. lib. 1. tit. de re-  
script. & privileg. resolut. 9. n. 5.  
& 6. & resolut. 10. num. 4. Proin-  
dè alienæ jurisdictioni & si possit  
quilibet se submittere, in præju-  
dicium tamen tertij non potest:  
*Sesse de inhibition.* cap. 26. §. 1. n.  
5. *Ozasc.* decis. 78. per tot. *Azeved.*  
in l. 11. p. 15. & 16. tit. 1. lib. 4. re-  
copilat.

50 Unde cùm privilegium conce-  
sum familiaribus, officialibusquè  
Sanctæ Inquisitionis non sit con-  
cessum ob eorum primarium fa-  
vorem, sed Religionis, ut patet  
ex privilegio Regis Sebastiani ibi:  
*Que havendo respeito ao serviço*  
*que os Officiaes, e FAMILIARES do*  
*Santo Officio fazem a nosso Senhor*  
*em seu officio,* & ex primo privile-  
gio Henriqueano ibi: *Pelo gran-*  
*de desejo que tenho de em tudo aju-*  
*dar, e favorecer o Santo Officio*  
*da Inquisição,* docetque *Fermo-*  
*sin. in alleg. post titul. de foro com-*  
*pet. n. 34. & 35. & in capit. cum*  
*contingat de for. compet. quest. 11.*  
& in allegationib. fiscalib. alleg.  
1. per tot. & allegat. 13. num. 37.  
*Carlev.* de judic. tit. 1. disput. 2.  
sect. 6. n. 509. benè sequitur, quòd  
familiares, officialesquè Sanctæ  
Inquisitionis privilegijs concessis  
ministerio Sancti Officij renuncia-

re non possunt, ut concludimus  
cap. 4. per tot. & ità judicatum  
fuit ad favorem Nicolai de Rocha  
apud Notarium Rodericū da Cos-  
ta de Almeyda, ac per consequens  
non obstante renunciatione, seu  
prorogatione legitimè avocantur  
causæ, & lites, etiam post conte-  
stationem litis, diximus cap. 4.

Deinde respondemus, privile-  
gia familiarium, officialiumquè  
Sanctæ Inquisitionis, non ipsis, sed  
ministerio Sancti Officij in ejus  
reverentiam, authoritatem, re-  
galiamquè fuerunt concessa, ut  
patet ex secundo privilegio Hen-  
riqueano ibi: *Para conservação*  
*da sua autoridade. e do respeito,*  
*que se lhe deve ter,* & privilegia  
concessa in regaliam, & veneratio-  
nem alicujus renunciari non pos-  
sunt, ut in terminis docet *Giurb.*  
*dict. cons. 95. n. 8. Carlev. supr.*  
*n. 814. & num. 1058. & n. 1093.*  
& 1100. Inde colligitur eviden-  
tè, familiares, officialesquè San-  
ctæ Inquisitionis jurisdictionem  
prorogare non posse, aut privile-  
gio fori renunciare, quod idem  
est, siquidem prorogare, & renun-  
ciare verba synonima sunt: *Carlev.*  
*dict. disput. 2. n. 1061. & diximus*  
*cap. 4.*

Hinc venit, ut Vassallus Baro-  
53 nis, renunciata exceptione decli-  
natoriâ, quocumque modo, sive  
tacite, sive expressè, potest Baro in  
quacumque parte litis petere re-  
missionem causæ sui Vassalli, eam-  
que obtinere debet. *Carlev.*  
*dict.*

dict. tit. i. num. 808. 858. & num. 1059. & n. 110. Giurb. cons. 59. n. 42. & 95. num. 8. & 14. in quibus locis infinitos citat, alias esset in manu Vassalli fraudare dominum in manuque familiarium, officia-  
liumque Sanctæ Inquisitionis pri-  
vilegia Sancti Officij evrtere, va-  
gareque per aliena judicia, de-  
ficiendo muneri suo in detrimen-  
tum Sancti Officij, quod minimè  
admitti debet, maximè hodie,  
cūm numerus eorum sit restrictus  
& necessarij tantum privilegijs  
gaudent.

54 Instabis ex l. novissima, de qua  
cap. 3. ubi Serenissimus Rex nos-  
ter resolvit, familiares, officiales  
que Sanctæ Inquisitionis invitatos  
cogi non posse coram non suo ju-  
dice litigare, ex verbis ibi : *Naō  
querendo elles ser demandados, ex  
quibus verbis à contrario sensu  
colligitur posse conveniri coram  
non judice sui privilegij, si eo uti  
noluerint, quod quidem argumen-  
tum validissimum est in jure, ex  
l. i. §. *bujus rei ff. de offic. ejus, cui  
mand. est jurisdic. cum alijs, de quib.  
Barb. axiom. jur. liter. A. n. 375.**

55 sed resporlemus, quod argumentum  
à contrario sensu non valet,  
quando ex tali argumento sequitur  
correctio juris, ut cum infinitis do-  
cet Barb. supr. n. 377. & probatur  
ex cap. significasti de for. compet.  
quæ correctio sequeretur, si à con-  
trario sensu argumentum in præ-  
56 senti casu admitteremus; nam pul-  
lularet correctio Henriquiani pri-

vilegij prohibentis cum decreto ir-  
ritanti cognitionem alijs judicibus,  
non essentque privilegia concessa  
primariò in Religionis favorem,  
reverentiamque, & regaliam tan-  
ti, ac Sanctissimi ministerij, quod  
non est dicendum, sed respicerent  
primariò favorem officialium, fa-  
miliariumque Sanctæ Inquisitio-  
nis, non publicum, sed privatum,  
quod non est ferendum.

Ampliamus secundò, ut pro-  
cedat etiam post sententiam, &  
probamus; quia toties quoties ju-  
risdictio ita denegata est alijs ju-  
dicibus, ut eorum jurisdictio pro-  
rogari non possit, nec fori renun-  
ciatione, tales judices, non tan-  
tum sunt incompetentes, sed pror-  
sus incompetentes ad cognoscen-  
dum de causis, & litibus exceptis  
Carlev. d. disp. 2. n. 1203. & 1193.  
& 1100. & 1186. Barb. in l. 1. art.  
i. n. 105. ff. de judic. Cap. Plant.  
in pragm. 8. p. 1. n. 113. de Baro-  
nibus. Gam. decis. 219. Foler. in  
pract. crimin. 1. p. 2. q. verb. au-  
diuntur executores n. 63. Giurb.  
dict. cons. 95. num. 8. Carlev. dict.  
disput. 2. num. 814. ubi vide; Sed  
sententiæ latæ à judice incompe-  
tentii, & contra non subditum  
nullos juris producunt effectus,  
ut probat tx. in l. 4. §. condemna-  
tum ff. de re jud. Ord. lib. 3. tit. 75.  
in princip. ubi Barb. & tit. 87. §.  
1. ubi Barbos. late Bayo in prax.  
Ecclesiastic. p. 3. libr. 1. cap. 21. &  
nos diximus latè de muner. judic.  
Orphanor. tract. 2. libr. 8. cap. 3.  
Giurb.

Giurb. conf. 21. n. 5. & 6. ubi plures dat concordantes: ergo non obstante sententia, recte causa avocatur, nam si jurisdictione non est prorogabilis, etiam post tres sententias exceptio opponi potest, 59 docente Cabed. part. 1. decis. 22. n. 10. & ita judicatum fuit in causa familiaris Roderici de Ceupta; teste Mend. in prax. 2. p. lib. 2. cap. 1. num. 38. & ita decrevit noster Serenissimus Rex in causa familiaris Dedaci Soares contra Monetarium Alvarum Ferreyra de Macedo, ut patet ex decreto i. relato cap. 3. Neque dicas, quod ideo post sententiam causae supradictae remissae fuerunt ad judicem fiscalem, quia familiares ibi numquam in judices consenserunt, sed semper protestaverunt se non consensisse, ac ad suum judicem tenaciter declinaverunt, quod secus foret, si vel ipsi familiares respondere minimè recusaverint, vel adversus eos in contumaciam usque ad sententiam procederetur; quia respondemus, quod nec consentius in primo casu, nec contumacia in secundo illis officeret, quin post sententias etiam vel excipere de nullitate, & declinare ad suum judicem, vel petere avocatoriam, quoad primum, quia cum lex, seu privilegium, quod idem est, tollat jurisdictionem, impeditaque prorogationem, & renunciationem, ut satis, super que abunde demonstratum est,

docetque Carlev. de judic. titul. 1. infinitis propemodum relatis disput. 2. à n. 1093. & à n. 1102. parum prodest consensus litigantis, cui lex resistit, siquidem nullus est consensus contra legem illum irritantem, ut in specie docuimus suprà num. 18. multis relatibus, & nos diximus de munere. judic. Orphanor. tract. 2. lib. 6. cap. 2. Carlev. de judic. tit. 1. disput. 2. sect. 2. à n. 978. & in specie à num. 1012. & 1203. & 1204. Quoad secundum, quia contumacia judicis prorsus incompetenter jurisdictionem prorogare non potest. Innocent. in cap. innotuit ad med. de eo, qui furtim ordines suscepit. Marcus decis. 120. part. 2. cum infinitis Giurb. conf. 95. n. 9. Carlev. de judic. titul. 1. disp. 2. num. 1000. quia ad prorogationem requiritur consensus, ut docet Carlev. à num. 979. & non sufficit fictus, seu interpretativus, ex eodem Carlev. num. 1000. & 1001. Immo scripsit Bald. in cap. 1. §. Sacramentum num. 17. de consuetudine rectâ feudorum. Giurb. d. conf. 95. num. 10. per processum contra contumacem non acquiri jurisdictionem, ex Innocentio in cap. olim 3. de restit. spolii. qui fortius id verum addit, etiam si ad sententiam fuerit adventum, dum non constet de observantia sententiae: Bald. consult. 332. vol. 3. Rovitus pragm. num. 22. & 23. Tusc. literâ C. conclus. 1027. n. 4. licet judex incompetens se competenter

petentem contra contumacem pronunciaret, quia etiam in hoc casu jurisdiction non prorogatur, quia est improrogabilis: *Carlev.* n. 1002. *infin.* *Decius conf.* 18. n. 5. & ita resolvit *Giurb. conf.* 95. ubi per totum probat, familiarem Sanctæ Inquisitionis in contumaciam banitum, non obstante tali sententiâ ad forum Sancti Officij esse remittendum: *Barbos. in cap. cum ordinem* 6. *de rescript.* ubi cum multis docet, quod privilegiatus respectu fori a deo incomptentis non tenetur citatus venire ad allegandum.

67 Nec obstavit, si dicas, quod inter plures in contumacem poenas in jure stabilitas, ea præcipua est, ut omnes exceptiones dilatorias, præsertim & declinatorias, amittat: *Afflictif. decis.* 113. *Carlev. de judic. titul.* 1. *disp.* 2. n. 1001. *Giurb. conf.* 95. *Cost. conf.* 46. num. 3. 4. *Anna singul.* 120. *Tusc. literæ C. conclus.* 1027. num. 1. *conclus.* 244. *Carpa Mediol. stat.* 10. num. 137. *Thesaur. decis.* 265. n. 2. contumacia alterius jurisdictionem prorogat. l. 1. & 2. ff. *de judic.* eamquæ tribuit non habenti: *Angel. & Imol. in l. sifinita.* §. item videamus ff. *de damn. infect.* *Alexand. in l. quidam consulebat ad fin. ff. de re judicat.* *Neviz. conf.* 18. num. 14. *Cost. conf.* 46. n. 5. *Burs. conf.* 74. n. 48. Privatus consensus facit judicem eum, qui jurisdictioni præest: l. 1. l. *privatorum.* *Cod. de jurisdic.* omnium iudic. Ce-

ned. *Canon. quest.* 12. n. 10. & inter-70 pretatur in id, quod est deterius contumaci. *Barthol. in l. quandiu ff. de acquir. hæredit.* ex *Marant.* & *Rebus. tradit.* *Cost. dict. conf.* 46. n. 7. cum possit quisque fori sui pri-71 vilegio renunciare. l. si quis in conscribendo Cod. de pact. l. 1. ff. si quis in ius vocatus. l. si conveniret ff. de jurisdic. omnium iudic. nisi Clericus, *cap. significasti.* *cap. diligenter de for. compet.* *Gail. lib. 1. obs.* 40. n. 7. *Gutierr. de jur. confirm.* p. 2. cap. 16. à num. 37. Superioris sui consensu nec requisito; *Abbas d. cap. significasti* n. 4. *Cened. d. quest.* 12. num. 6. qui de Sancti Officij familiari loquitur à num. 1. & infra. Praesertim, quod renunciata fori exemptione subjicitur Regi ad pristinum juris statum regrediens.

Quia respondemus primò, 72 quod contumax coram judge ipso jure incompetenti, non prorogat ejus jurisdictionem: *Carlev. de judic. titul.* 1. *disp.* 2. *num.* 1001. Secundò, quod licet concessio quæ tribuit jurisdictionem privativam, non impedit prorogationem, cùm casum illius non comprehendat, ex l. *in sacris* 13. §. modum junct. *gloss.* ibi verb. eos Cod. de proxim. *sacrор.* *Scrinior. libr.* 12. & notat *Isernia in constit. statuimus in fin.* & *ibidem Afflict. n.* 43. *de offic. Magist. justiciar.* *Barbos. in dict. l. art. 4. num.* 60. ff. *de judic.* idquæ confirmatur ex doctrina Joannis de Imola in simili casu, di. *cap. P. & G.* n. 47. in fin,

*fin. de offic. delegat. & mirabili doctrina Salicet in l. certa 5. num. 2. in fin. Cod. quand. provocar. non est necesse, quos refert, & sequi-*

*74 tur Carlev. supr. n. 1100. Tamen hoc non procedit, quando Prin- ceps specialiter prohibet proro- gationem: Salicet supr. Carlev. supr. Barbos. supr. num. 111. & 112. cum seqq. & à num. 152.*

*75 quam quidem specialiter prohi- bēre censetur, quandō in conce- sione inseruntur clausulæ abdica- tivæ, & decreti irritantis, ut cum multis docet Carlev. dict. n. 1100. Foler. in pract. crimin. 1. p. secun- dæ partis verb. audiantur excu- satores n. 63. & eleganter expli- cat, & prosequitur in constit. justi- tiar. nomin. n. 112. 113. & 115. quod ante notaverat Capicus d. decis. 9. num. 15. & 16. & seq. &*

*76 ad eum notavit Petra ibi addi- tion. ultim. verb. clausula annul- lativa, Marant. in prax. 4. p. dist. 12. num. 26. Barbos. in dict. l. 1. art. 3. num. 153. cum seq. & art. 4. ex num. 48. & 51. sequiturquè Capiblancus in pragm. 8. part. 1. ex num. 73. latissimè & num. 118. & 119. de Baronibus, prout in præsenti, ut patet à num. 7. cum seqq.*

*77 Quoad criminales causas ultrà datas responsiones aliam addi- mus, nempè, regulam esse, quod in criminalibus non admittitur prorogatio. Marf. in prax. §. ex- pedita n. 67. Aldovin. conf. 20. n. 22. Cancer. 2. var. capit. 2. de ju-*

*risdict. num. 194. Farin. q. 81. n. 190. latè Carlev. de judic. titul. 1. disput. 2. à n. 1016. Giurb. conf. 95. n. 14.*

Ampliamus tertio, ut etiam non potentibus, immò reluctan- tibus familiaribus, officialibusquè Sanctæ Inquisitionis, possint In- quisitores Judicesquè fiscales avo- care causas, tam civiles, quam criminales, in quocumque statu ipsæ sint, ex sola petitione Promo- toris Sancti Officij, vel fiscalis promotoris; tūm quia licet privi- legium Sancto officio concessum extendatur ad familiares, officia- lesquè Sanctæ Inquisitionis, non tamen dicitur ipsis concessum, sed Sancto Officio, licet effectus pri- vilegij illos comprehendat, nam regulare est, quod privilegium concessum domino ad id commu- nicandum suis familiaribus, offi- cialibusquè, non ipsis, sed illi concessum dicitur, ut docet Do- minicus in conf. 74. column. fin. qui allegat tx. in cap. si cui §. 1. de præ- bend. in 6. & in capit. dudum in princip. eod. tit. Dec. in l. in om- nibus ff. de regul. jur. num. 10. Un- dè nihil obstat contrarius consen- sus, & voluntas familiarium, offi- cialiumquè, ut Sanctum Officium suo privilegio non utatur, siquidem familiares, officialesquè ip- sius domino suo præjudicare non possunt.

Tūm quia jurisdictio Inquisi- toribus, judicibusquè fiscalibus concessa est privative cum clau- fulis

78 fulis abdicativis, & cum Decreto irritanti ad cognoscendum de causis, & litibus familiarium, officiali-  
81 umquæ, ut diximus supra num. 7. Atqui quandò jurisdictione est pri-  
vativè concessa cum clausulis ab-  
dicativis, & decreto irritante, non possunt subditi in fraudem jurisdictionis judicis, cui subjici-  
untur, privilegio fori renunciare, & neque jurisdictionem ejus quo-  
cunque modo prorogare, immò va-  
let ipse judex prorogatione sui, re-  
nunciatione minime refragante, ipsosmet subditos renunciantes, &  
prorogantes invitatos cogere, coram se respondere, judicesque nulliter  
prorogatos, in quocumque statu-  
litis, ex officio proprio inhibere, ut  
infinitis relatis tenet Carlev. de  
judic. tit. 1. disp. 2. quæst. 8. sect. 4. n.  
1203. 1204., & 1205., & 1206. Barb. in l. 1. ff. de judic. art. 4. n. 30  
82 & in l. si quis postea 7. ff. eod. n.  
219. & in l. 1. art. 1. arest. 105. Ca-  
piblancus in pragm. 8. p. 1. n. 113.  
de Baronib. Canc. 2. var. c. 2. num.  
189. Barb. in d. art. 4. n. 73. Carlev  
supr. sect. 5. n. 223. Ergo, contrario  
familiarium, officialiumque consen-  
su non obstante, valent Inquisito-  
res, Judicesque fiscales eorum cau-  
sus, & lites avocare, suoque nomi-  
ne ppter remissionem, ut in ter-  
minis docet Giurb. cōf. 95. per tot.  
& maximè n. 7. & 8. ut de Barone  
Vassalli remissionem petenti scri-  
psit Capic. decis. 9. limit. 1. Fran-  
co decis. 417. n. 2. quod procede-  
re inquit in quocumque Baroni

Vassallo, ne dum feudi ratione, sed ex gravi quavis causa: Aponte,  
& Galii, quos citat. Ann. cons. 107.  
n. 12. & agnovit prius Bart. Fas.  
& reliqui in l. 1. §. & post operis  
ff. de nov. oper. nunc. Jacob. de  
Feud. gloss. dictisq; Vassalico-  
lumn. 9. vers. ad Affict. decis. 155.  
num. 3. Bellug. de principi rubric.  
15. §. sed quod dices n. 6. Ruginel  
præt. quæst. 43. n. 11. Gail. lib. 1.  
obs. 4. n. 6. Tusc. littera P. conclus.  
927. n. 8. Cravet. tit. 23. l. num. 2.  
Ozasc. decis. 78. n. 7. Ann. sing.  
120. Cumque non ipse contumax  
judicium declinet, sed Sancti  
Officii Promotor fiscalis, ut à co-  
petente judice puniri debeat, si de-  
liquisct: Giurb. cons. 95. num. 8.  
& num. 14. quibus adde infinitos,  
quos refert, & sequitur Carlev. de  
judic. tit. 1. disp. 2. quæst. 8. sect. 2.  
num. 1059. Sesse de inbibition. c.  
26. n. 10. Portug. de donationib. 3.  
p. cap. 44. n. 44.

Ampliamus quarto, ut à fortio-  
ri procedat, & sine aliqua dubita-  
tione, quandò familiares, officia-  
lesque Sanctæ Inquisitionis corā  
non judice agerent actus dubi-  
os prorogationis, seu renuncia-  
tionis privilegii, quia nemo præ-  
sumitur suo velle renunciare pri-  
vilegio: cap. super hoc, cap. veniēs  
de renunciat. Butr. in cap. accedē-  
tibus column. 2. de Privileg. Felin.  
cap. cum accessissent, n. 29. de con-  
sult. Bald. in l. generaliter num. 14  
Cod. de non numer. pecun. Jason  
in prælud. feudor. num. 12. &

Ee in leg.

in l. si fundum per fideicommissum  
n. 15. ff. de legat. 1. Decian. conf.  
308. n. 8. Menoch. 3. præsumpt.  
8. n. 14. præsumpt. 17. n. 7.  
præsumpt. 45. n. 11. Schrader. conf.  
3. n. 25. Sextin. de regalib. lib  
1. cap. 6. n. 29. qui post Cardinal.

84 addunt, hoc adeò verum, ut nec  
ex actu quidem proximo renunci-  
atio prælumatur, evitanda id circò  
85 est conjectura renunciati privi-  
legii: Jason. n. 58. D. Carol. Tapp.  
part. 2. cap. 2. n. 23. in l. fin. ff. de  
constit. Princip. Feder. desin. conf.  
233. n. 3. Azeved. lib. 1. n. 46. tit.  
1. lib. recopil. Tusc. litterà P. con-  
clus. 756. n. 22. latè Decian. conf.  
43. n. 31. vol. 3. Cravet. conf. 21. n.  
14. Trentacing. var. lib. 1. tit. de  
Rescript., & privileg. resolut. 10.  
n. 6. Menoch. conf. 2. num. 135. lib.  
6. præsumpt. 41. à n. 1. Giurb. conf.  
59: num. 39. quæ optimè confir-  
mantur ex his, quæ diximus de  
muner. judic. Orphanor. tradiat. 1.  
lib. 3. cap. 12. in tract. de Recusat.  
lib. 4. cap. 1.

86 Ampliamus quintò, ut eò  
màgis locum habeat, quandò  
familiaris, officialisquè Sanctæ  
Inquisitionis per procuratorem  
litigavit; quia prorogatio non  
potest fieri per procuratorem,  
cùm sit de tempore ad tempus,  
nisi habeat speciale mandatum,  
vel generale cum liberâ, ita do-  
cet, & probat Innocentius in  
dict. cap. de Causis à num. 1. in fin.  
de Offic. Delegat. Panormitan.  
in cap. cum olim. Abb. 3. numer.

10. per text. ibi eod. titul. Maria-  
nus in dict. capit. significati n.  
20. de For. compet In cæteris  
autem prorogationum generibus  
procurator non prorogat sine  
speciali mandato, eo quod judicis  
novi constitutio, & electio vi-  
deatur res magni momenti, quām  
procurator sine speciali manda-  
to expedire non potest: cap. qui  
ad agendum 4. ubi gloss. verb.  
vel pacisci, & capit. qui genera-  
liter 5. de procurator in 6. sentiunt  
Marianus dict. num. 20. Angel.  
in l. 1. num. 7. Cod. de Jurisdic.  
omnium judic. Guid Papa decis.  
285. n. 2. & decis. 462. n. 2. Lan-  
franc. Baldus de if. 66. Francisc.  
Marcus decis. 313. numer. 4.  
part. 2. Antonius de Mathe. de Pro-  
rogation. jurisdiction. numer. 11.  
Didacus Peres in l. 1. titul. 4.  
lib. 3. Ordinamenti column. 885.  
vers. dubitatur præterea. Ita Car-  
lev. de Judic. tit. 1. disp. 2. q. 8. secl.  
3. num. 1143.

Ampliamus sextò, ut eo ma- 87  
gis procedat, quando familiares,  
officialesquè Sanctæ Inquisitio-  
nis protestaverint se non consenti-  
re in judicem, quoniam pro-  
testatio conservat jus protestan-  
tis, & ita docet Bald. in l. licet  
24. n. 6. Cod. de Procurat. Ale-  
xander. in l. quidam consulebat  
57. num. 27. ff. de re judicat. Car-  
lev. de Judic. tit. 1. disput. 2. num.  
995. Barbos. in l. 1. art. 3. n. 16. ff.  
de Judic. quibus adde, quos cita-  
vimus in tractat. de Recusationib.  
lib. 4.

libr. 4. cap. 1.

88 Ampliamus septimò, ut, post avocationem intimatam judici, nō possit judex amplius in causa procedere, immò quidquid postea fecerit, erit attentatum adeò rigorosum, quam ea, quæ sunt relatione, vel appellatione pendente, ut docet *Lancelotus de attentata. 2. p.*  
 89 *cap. 20. n. 2.* & 10. ubi reddit rationem, quia cùm avocatio consistat in facto, sivè justa, sivè injusta, suum operatur effectum, ex *tx. in cap. pastoralis de offic. & potestat. judic. delegat.* ideoquè post illum factam nulla sunt ipso jure. *Lancelot. supr. num. 11.* & si fiant partium consensu. *Lancelot. cum aliis n. 4.* *Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 14. pertot.*

90 Per eamquè judex manet inhibitus *Lancelot. de attentata. 2. p. cap. 10. n. 14.* quæ quidē inhibitio, sivè justa, sivè injusta semper causat attentatum: *Cortiad. decis. 22. n. 66.* *P. post. de manutention. 92 observ. 6. n. 40.* *Xamar. p. 1. definit. 13. Lancelot. de attentata. p. 2. cap. 20. ampliation. 11. Ritol. ad Pergueram in tract. Civili rubr. 27. à n. 188. Farinac. in fragm. littera I. à n. 318. p. 2. Benedicti. Pereir. in sua Academiâ, sivè Republicâ litterariâ lib. 3. disp. 4. q. 2. n. 405. Scobar de Pontific. & Reg. jurisdiction. c. 25. n. 33. Sesse in tract. de inhibition. cap. 10. §. 2. n. 12. qui per totū agit de pænis imponendis judicibus, inhibitionibus nō paréti bus *Peg. d. tit. 19. ubi infinitos cit.**

Neque dicas judices non tenere parere avocationibus, & inhibitionibus, quia avocatio, & inhibitio procedit de superiore ad inferiorem, & cum judices Ordinarii non sint inferiores Inquisitorum, & judicum fiscalium, quo ad intentum, nec isti eorum superiores, rectè sequitur posse non parere; quia respondemus, quod superior in materiâ avocationis, & inhibitionis censetur is, qui est superior in eodem genere jurisdictionis-ex *Lancelot. de attentata. dic. cap. 10. num. 47.* & cum Inquisitores Apostolici, Judicesque, fiscales sint quoad causas, & lites familiarium officialiumque Sanctæ Inquisitionis, judices privativè delegati ad hanc Universitatem caularum, ut nemo ambigere potest, & judices delegati in causis delegatis sint maiores quocumque alio judice Ordinario, ut latè diximus *de munere judic. Orphanor. tract. I. lib. 4. capit. 14.* dubitari fas non est cùsque superiores quocumque alio judice Ordinario; ac per consequens, quod judices Ordinarii suis avocationibus, & inhibitionibus parere tenentur.

Verum hoc adeò est, ut si dubitetur, an jurisdictione sit judicis avocantis, vel judicis, à quo causa avocatur, Inquisitores, & Judices fiscales avocantes, seu inhibentes cognoscere debent, an sua sit jurisdictione, non judex, à quo avocatur, quia illi sunt delegati,

& iste Ordinarius, & quando contentio est inter Delegatum, & Ordinarium, ille uti maior, & non  
 97 iste uti minor cognoscit, an sua sit jurisdictio, ex pluribus, quos referunt, & sequitur *Cortiad. decis. 34.*  
*num. 1. & decis. 38. num. 9. Cancer.*  
*3. var. cap. 10. num. 88. & nos latè diximus d. cap. 14. infinitis relatibus, & rationem deditum, & ideo si excipiatur contra avocationem, & inhibitionem, partibus citatis, exceptiones ad judiccs avocantes sunt remittendæ, ut ab eo decidantur, ut latè diximus d. cap. 14.*

98 Maius dubium potest esse quando tam judex avocans, quam judex, à quo avocatur, sint delegati, ac Conservatores, ut Conservator familiarium, & Conservator scholasticorum, an in tali casu Conservator, seu delegatus tenetur parere avocationi alterius delegantis avocanti, & remittere acta, & suum privilegiatum ad litigandum coram Conservatore avocante? In quo dubio, si avocans sit judex illorum, qui potentiora privilegia habent, ad illum remittenda est causa; si vero judex, à quo avocatur, sit Conservator habentium fortiora privilegia, tunc remittere non tenetur, sed ipse cognoscit, un sua sit jurisdictio, ut judicatum tradit *Peg. ad Ord. lib. 2. tit. 59.*

100 Unde colligimus Conservatorem scholasticorum teneri remittere ad Conservatores familiarium, officialiumque, & cæteros

Conservatores, quorum privilegiati vincuntur à familiaribus, officialibusque Sanctæ Inquisitionis, ad quod in memoriam revocanda sunt, quæ diximus cap. antecedenti, & dicemus.

Quæ dicta sunt intelligenda 101 veniunt, quando questio vertitur circa factum; v.g. quando dubitatur, an causa sit excepta, vel an familiaris, officialisque amisisset privilegium; non vero quando dubitatur de sensu privilegii, aut de mente Principis concedentis, quia in secundo casu Princeps est adeundus, ut in terminis docet *Cancer 3. var. cap. 3. n. 145. & 146.* cum sequentibus, dummodo 102 dubitatio non sit à jure resoluta, vel à Doctoribus ex probabiliori opinione decisa, quia tunc fatuitas est Principem adire, ut latè diximus, & probavimus in nostro opere *de munere. judic. Orphan. tradi. 1. lib. 4. cap. 14.* ubi latè quando Princeps sit adeundus, & in quibus casibus.

Orta dubitatione circa metem 103 privilegiorum, & sensum Principis nec à jure, nec à probabiliori opinione decisa, in isto casu possunt, & debent partes, vel ipsi judices, avocans nempè, & à quo avocatur, acta remittere ad Sacru, & Supremum Inquisitionis Concilium, ut ipsum, servata formâ, de qua in privilegio transcripto *cap. 3. n. 64.* quæstionem solvat, 104 & interim contentione pendente, uterque supercedere tenetur: *Cortiad.*

tiad. decis. 30. n. 51. Matheu de  
 Regimin. Valentiae tom. 2. cap. 7.  
 §. 3. sect. 1. n. 29. eo quod contetio-  
 ne pendente nihil est innovan-  
 dum. Cortiad. decis. 22. à num. 1.  
 usque ad 121., & apud nos est ex-  
 pressum in privilegio, de quo cap.  
 106 3. n. 64., & ratio est, quia dum  
 pendet contentio, judices nesci-  
 unt quis eorum judex: Cortiad.  
 decis. 22. n. 7. & in articulo com-  
 petentiae jurisdictionis pendet  
 quæstio præjudicialis: Cortiad.  
 cum aliis n. 13 & quando causa est  
 una alteri præjudicialis, prius  
 cognoscendum de præjudiciali,  
 & interim in principali superse-  
 dendum est. Larr. decis. 8. num.  
 108 23. Giurb. decis. 33. n. 7. Lance-  
 lot. de attētat. 2. p. cap. 12. ampliat.  
 19. cum infinitis Cortiad. decis.  
 22. n. 13. & 14.  
 109 Forma, quæ sit servanda in ca-  
 su contentionis, est tradita in pri-  
 vilegio relato cap. 3. num. 64. & ta-  
 lis est: Orta contentione inter In-  
 quisidores, Judicesque fiscales, &  
 quoscumque judices, vel maio-  
 res, vel inferiores, contentio-  
 nis, informatio cum actis remittē-  
 da est ad Sacrum Generale Inqui-  
 sitionis Concilium, ubi duo supre-  
 mi Deputati ejusdem Concilii cū  
 duobus Senatoribus Palatinis cau-  
 sam contentionis decidere de-  
 bent, quorum decisio est servan-  
 da, & si parés in voce existunt, ad-  
 eundus est Princeps ad dirimen-  
 dam contentionem, & interim su-  
 percedetur in causâ, & capti sub

custodiâ jubentis judicis carcere  
 custodiuntur, necessariâ securita-  
 te, & sine molestiâ, ut patet ex  
 verbis ejusdem privilegii.

Ex quibus verbis patet Senato-  
 res Palatinos teneri ad Concilium  
 generale ire ad degladiandas, &  
 dirimendas has controversias, ut  
 docet Matheu de regimine Valé-  
 tiæ tom. 2. cap. 7. §. 3. sect. 1. num.  
 21. Cortiad. decis. 30. num. 50. &  
 ita de consuetudine apud nos ob-  
 servatur, & ibidem præcedit, &  
 votum primum profert Inquisitor,  
 seu Deputatus antiquior Sacri, ac  
 venerandi Concilii, quod etiam  
 est receptum, & ex consuetudine  
 observatum apud tota dominia  
 Hispaniæ, ut testantur Matheus  
 supr. num. 3. 1. Cortiad. n. 48. 49.  
 & 50. Solorz. de jur. Indiar. tom.  
 2. lib. 3. cap. 24. à n. 63. & in po-  
 liticis lib. 4. cap. 24.

Quasi eadem forma, quæ apud  
 nos observatur, custoditur etiam  
 apud Cathelanos, ex Fontanell.  
 decis. 329. n. 23. p. 2. Matheu supr.  
 sect. 3. per tot. Cortiad. supr. num.  
 46. & in Regno Castellæ ex l.  
 20. cap. 8. tit. 1. lib. 4. recopil. ubi  
 Narbon. glos. 23. & 24. & glos. 2.  
 n. 64. Delben. de immun. Eccl. tom.  
 1. cap. 4. dubit. 14. n. 1. Pontius de  
 Matrim. lib. 5. tit. 15. §. unic. num.  
 15. Fermosin. in cap. cum contin-  
 gat de For. compet. q. 11. n. 5. & in  
 cap. fin. quæst. 4. §. 24. num. 3. de Li-  
 belli oblation. Cortiad. supr. num.  
 54. Zevalb. de cognition. perviam  
 violentiæ glos. 15. à num. 15. Si-  
 manch.

manch. de Catholic. tit. 41. n. 21.  
 Param. de origin. Sanctæ Inquisition. lib. 2. cap. 11. n. 17. Solorzan. supr. Diana resolut. moral. p. 1. tract. 2. resolut. 193. & Regnis Indianum, teste Solorzan. tom. 2. de jur. Indian. lib. 4. cap. 24. n. 62. & 63. & in politicis lib. 4. cap. 24. & in Regno Siciliæ, teste Pöttio supr. citat. num. 54. qui tradunt formam, & concordatas circa materiam; quæ ibi videri possunt, & latè in Cortiad. decis. 30. à num. 44. usque ad num. 86. ubi ad longum refert praxim, quæ in hac materiâ observatur in dominiis Hispaniæ.

<sup>113</sup> Qui quidem procedendi modus, seu forma non solum custodienda est, quandò vertitur dubium circa competentiam fori, sed etiam quandò adest conténtio circa quæcumque alia privilegia familiarium, officialiumquæ Sanctæ Inquisitionis; nam licet forma hæc tantum sit præstita in competentiis ortis circa forum, ad alios etiam casus extendenda venit, quia ratio, ob quam forma hæc

<sup>114</sup> data fuit circa forum, est ad sedanda plurima dubia, quæ in dies oriebantur inter Conservatores familiarium, officialiumquæ, & sæcularces Ministros: Cortiad. decis. 30. num. 44. Et hæc eadem ratio militat etiam, quoad alias causas,

<sup>115</sup> & ita ejusdem privilegii dispositio ex satis nota regula, quod ratio ubi est eadem, debet esse eadē juris dispositio, ex l. illud 32. ff. ad

l. Aquill. illud. Cod. de Sacrosandi. Eccles. §. pari ratione Inst. qnib. mod. solvit. patr. potest. & ita in terminis nos docent Matheu supr. sect. 1. num. 28. Cortiad. supr. num. 47. Cutellus controversial. 1. num. 17. & ita resolutum tradit Solorzan. in politicis. d. cap. 24. & fusè Narbon. in l. 20. gloss. 23. à num. 13. usque ad 21. tit. 1. lib. 4. recopilat. & apud nos ita saepe esse observatum accepimus.

Praxis, quæ observatur apud nos, est, quod petitâ, vel à partibus, vel à judicibus, contentione juxta formam prædicti privilegii, supplicatur ad Sacrum, & venerandum Sanctæ Inquisitionis generale Concilium, relato factō in supplicatione, & controversia illius, ut iste jubeat judici, coram quo de privilegii observantia controversia movetur, & notario, ut ipsi mittant processum ad Secretarium Sacri, ac venerandi Concilii, quæ etiam custoditur in Regnis Hispaniæ, ex Narbon. in l. 20. tit. 1. lib. 4. recopilat. gloss. 23. num. 8. Cortiad. decis. 30. à n. 60. qui cum aliis resolvunt originalem processum esse remittendum, nisi in illo processu aliqui complices delicti existant, quia tunc solum exemplum exhibendum, quod adversus familiarem resultat, & tabellionem cogi non posse in tali casu, processum originalem remittere.

Sed quid, si judex, & tabellio nollint acta remittere ex iussu fa-

cri,

cri; ac venerandi Concilii, tali enim in casu videtur posse facros venerandi Concilii ministros adversus judices, & notarios renue-tes parere, per censuras Ecclesi-asticas procedere, quia ad defen-sionem jurisdictionis possunt In-quisitores per censuras adversus regios ministros, etiam si sint Re-gis Consiliarii, procedere, ut te-nent, docentque *Cortiad. decis.*  
 120 *27. n. 45. & decis. 30. à n. 107.* *Fermosin. in cap. 2. de judic. q. 17.*  
*à n. 5. Sesse de inhibition. cap. 30.*  
*§. 1. n. 158. Fermosin. in cap. cum*  
*venissent de judic. quæst. 10. à n.*  
*5. Barbos. in cap. ut officium n.*  
*14. & cap. ut Inquisitionis n. 10.*  
*de hæretic. in 6. Solorzan. tom. 2.*  
*de jur. Indiar. lib. 3. cap. 24. à n.*  
*14. Narbon. dict. l. 20. gloss. 22.*  
*tit. 1. Farin. de hæresi. quæst. 142.*  
*n. 74 Delben. de parlamentis*  
*dubitatis. 4. sect. 19. subsect. 20. num.*  
*9. & de Immunit. Ecclesiast. tom. 2.*  
*cap. 9. dubit. 26. sect. 2. num. 4. Di-*  
*ana resolut. moral. p. 3. tradit. 1. re-*  
*solut. 9. Porto Carreiro in alleg.*  
*super competentiis inter Inquisito-*  
*res, & ministros Regios. num. 46.*  
*& 47. & patet ex concordatis cum*  
*Inquisitione Regni Siciliae apud*  
*Paramum de Origin. Inquisition.*  
*lib. 2. tit. 2. cap. 11. num. 24. & ex*  
*quarto concordato cum Inqui-*  
*sitione Regni Sardaniæ cap. 7. apud*  
*Dexart. ad caput Regni Sard. fol.*  
*699. & ex concordia cum Inqui-*  
*sitione Regni Castellæ apud Fer-*  
*mosin. in alleg. post titulum de For.*

compet. numer. 62.

Atqui Inquisitores in causis

ministrorum, officialium, & fa-miliarium suorū sunt judices Ec-clesiastici, & ut tales procēdere possunt per censuras contra tur-bantes, vel impedientes jurisdic-tionem suam. *Porto Carreiro supr.*

*Sassellis de Tribunal Sanc*tæ* In-  
quisitionis prolegom. 7. n. 16. So-*

*lorz. de Jur. Indiar. tom. 2. lib.*

*3. cap. 25. n. 30. Fermosin. in dict.*

*alleg. post tit. de For. compet. alleg.*

*1. n. 4., & à num. 15. Delben. de*

*Immunitat. Eccles. tom. 1. cap. 4.*

*dubit. 14. Suelves conf. 19. num. 8.*

*lib. 1. Narbon. in dict. l. 20. gloss.*

*22. Diana resolut. moral. part. 1.*

*tradit. 2. resolut. 135. & tom. 4. tra-*

*dit. 1. resolut. 82. & in summ. p. 2.*

*verb. Inquisitorum jurisdiction. n.*

*27. ergo videtur dicendum, quod*

*in tali casu rectè valent Sanctæ In-  
quisitionis Supremi Consiliarii  
procedere adversus Regios mi-  
nistros.*

Facit etiam pro hac parte, quia

122 li hæc jurisdictione fuisse sacerdotalis,

& non Ecclesiastica, potuerint

Regii ministri formare Inquisi-

tiones speciales contra familiares,

officialesque Sanctæ Inquisi-

tionis; sed non possunt, afferentibus

*Diana part. 4. tradit. 8. resolut. 55.*

*Delben. de Offic. Inquisition. tom.*

*2. dubit. 195. sect. 16. n. 5. qui af-*

*ferunt nullas esse: Ergo Ecclesi-*

*astica, & non sacerdotalis est: quæ*

*consequētia optimè firmatur ex*

*doctrina Carlev. de Judic. tit. 1.*

*disp.*

disp. 2. n. 523. Narbon. in dict. l.  
20. gloss. 3. n. 11. afferentium sacerdotes  
123 culares judices capientes famili-  
liares, officialesque Sanctae In-  
quisitionis teneri eos illicet remit-  
tere ad suos Conservatores.

124 Quibus accedit, quod pari ju-  
re, quod Episcopi habent in famili-  
am suam, & officiales privilegia-  
tos, quoad forum, habent etiam In-  
quisidores. Carol. de Grae. de effect.  
clericat. effectu 1. n. 130. Barb.  
de potest. Episcop. part. 3. allegat.  
107. n. 6. Farin. de haeresi quæst.  
182. n. 9. Maceraten. lib. 3. reso-  
lut. 14. n. 1. Diana resolut. mo-  
ral. p. 1. tradit. 2. resolut. 135. vers.  
sed contrariam, & p. 4. tradit. 8. re-  
solut. 31. & in summ. p. 2. verb.  
Inquisitorum jurisdictione num. 25.  
Thom. Delben. de immunit. Ec-  
cles. tom. 1. cap. 4. dubit. 14. n. 4.  
Narbon. l. 20. gloss. 11. num. 85.  
tit. 1. lib. 4. recopilat. Solorzan. de  
jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. capit. 24.  
numer. 77 Bobadilh. in politic.  
lib. 2. cap. 15. num. 9. & 29. Bar-  
bos. in Clem. 2. n. 8. de haeret, &  
de jur. Eccl. univers. lib. 1. capit.  
39. §. 4. num. 27. late Caren. de Of-  
fic. Sanctæ Inquisitionis, p. 1. tit.  
14. §. 4. à n. 10. usque ad 17. sub  
cujus nomine veniunt Notarii, A-  
ctuarii, Scribæ, Commissarii,  
Consultores, Advocati, Procura-  
tores fiscales, Carcerarii, Birua-  
rii, & Familiares omnes, ut sub-  
dunt Salzed. in pract. criminali  
num. 140. num. 25. Diana resol.  
moralium p. 1. tradit. 1. resolut. 135.

vers. sed contrariam, & p. 4. tra-  
dit. 8. resol. 31. Thom. Delben.  
de immunit. Ecclesiast. tom. 1. cap.  
4. dubit. 14. n. 5. Solorzan. de ju-  
re Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 24.  
num. 77. Borbos. de jur. Eccles.  
univers. lib. 1. cap. 39. §. 4. nu-  
mer. 28.

Sed sic est, quod tota familia  
& officiales Episcopi tam in Civi-  
libus, quam Criminalibus de jure  
Canonico sunt exempti a jurisdictione  
seculari, & pertinent ad  
jurisdictionem Ecclesiasticam, ex  
cap. fin. de offic. Archidiacon. cap.  
Ecclesiæ servos 11. q. 2. Bar-  
bos. de potest. Episcop. alleg. 107.  
num. 9. Mart. de jurisdict. 4. p.  
casu 111. num. 3. & plures alii,  
quos citat Peg. ad Ord. lib. 2. tit.  
1. §. 27. gloss. 29. num. 15. 16. &  
17. & ad Ord. lib. 2. titul. 2. in  
princip. gloss. 2. num. 9. Delben.  
de immunit. cap. 4. dubit. 16. Barb.  
de jur. Ecclesiast. lib. 1. cap.  
39. §. 3. à n. 34. Giurb. cons. 88.  
Ciarlin. Forens. cap. 2. num. 14. &  
28. Marinis quotidianar. cap. 117  
n. 1. Gratian. cap. 340. & 341.  
Fontanell. decis. 336. 337. & 338  
Ergo similiter jurisdictione Inquisi-  
torum Ecclesiastica, quoad intentum,  
& non secularis est; ac  
per consequens videtur dicendum  
posse in praesenti casu procedere  
per censuras Ecclesiasticas.

Deinde, abique dubio est In-  
quisidores Apostolicos posse pro-  
cedere gladio Ecclesiæ per cen-  
suras Ecclesiasticas contra Regios  
Mini-

Ministros , etiam Conciliarios turbantes, vel impediētes directe, vel indirecte ministerium Sancti Officii ex DD. suprà citatis, & ex Bulla si de protegendis, & regulare est, quod quicunque judex Ecclesiasticus ad conservandam suam jurisdictionem contra illam turbantes potest uti gladio spirituali, & materiali. capit. dilecto de Sentent. excommunicat. in 6. Sbroz. de Vicar. Episc. l. 2. cap. 191. num. 13. Jul. Chartar. decis. 72. num. 100. Spirituali, pœnâ scilicet excommunicationis. cap. 1. ubi communiter DD. de Offic. Delegat. Capic. decis. 124. n. 1. Farin. in prax. part. 4. quest. 114. n. 26. Marth. de Jurisdic. p. 3. cap. 1. à n. 2. Navar. in Rubric. de Jurisdic. non turband. collect. 1. num. 3. Salzed. de lege politica. l. 1. cap. 10. num. 22. Regens vico ad pragmat. Reg. Sard. l. 1. tit. 7. cap. 2. n. 5. Barbos. in cap. 2. n. 4. de Offic. Delegat. Jul. Chartar. decis. 89. n. 32., & decis. 96. n. 22. Fontanell. decis. 318. num. 9., & decis. 319. n. 20. p. 2. Fermo. in cap. cum venissent. q. 10. n. 4. de JUDIC. , & post titulum de Foro competent. allegat. 1. pro Tribunal. Sandi Officii. artic. 3. n. 77. quinimō isti perturbatores Ecclesiastice jurisdictionis ipso jure in sententiam excommunicationis incidunt: capit. con-  
questus de For. competent. cap. quoniam de Immuni. Eccl. in 6. Jul. Shartar. decis. 72. n. 101., & decis.  
89. num. 33., & hoc ipsum statutum est in Bulla Cænæ Domini cap. 16. Jul. Chartar. decis. 72. num. 102., & decis. 89. n. 34. Fontanell. decis. 312. num. 8. part. 2., & adhuc sine aliqua monitione, declarando incursum censorum , ut probat Marth. de Jurisdic. part. 3. cap. 1. Fontanell. decis. 318. num. 20. p. 2., & alii infra num. 68. Materiali verò, pœnâ pecuniariâ , & multa ex communi Doctorum sententiâ in capit. 1. de Offic. Delegati, quos refert , & sequitur Farin. in prax. p. 1. quæst. 114. num. 28., & præter eos notavit Barb. in cap. 1. num. 4. de Offic. Delegati: Ergo &c. Demùm pri-  
vilegia hæc licet à Rege concessa sint rei Ecclesiastice; nempe , ministerio Sancti Officii concessa fuérunt, quod quidem Ecclesiasticum esse negare audebit nemo : ergo similiter privilegia post concessionem, naturam Ecclesiasticā induerūt, siquidem accessoria na-  
turam sui principalis vestire resol-  
vunt jura in leg. etiam Cod. de Jur. dotium. regul. accessoriū à regul. jur. in 6., & alii, de quib. Barbos. axiom. 4. per tot. 127  
128

His, & aliis fundamentis mini-  
mè refragantibus, contrarium do-  
cent Salzed. de leg. polit. lib. 2. cap.  
6. num. 55. Matheu supr. sedl. 1.  
num. 9., & 10. Param. de Origin.  
Sandæ Inquisitionis lib. 3. a. 2. n.  
114., & 121. Cortiad. decis. 30.  
num. 43. Pareja de Instrumētori.  
Ff editi-

*edition. tom. 1. tit. 5. resolut. 9. n. 72. Marius Cutellus in discursu pro concordiis Siciliæ capit. 4. per tot., & de immunit. Eccles. lib. 2.q. 136. Regens vico ad pragm. Regn. Sard. lib. 1. tit. 7. cap. 7. n. 26. Regens Leon decis. 2. n. 2. lib. 1. Solorzan. de jur. Indiar. tom. 2. cap. 24. n. 65., & in politic. lib. 4.c. 24. Basilius Ponce de Leon de matrimon. lib. 5 cap. 12. n. 15. qui cum aliis afferunt jurisdictionem Inquisitorum in praesenti casu non esse Ecclesiasticam, sed Regalem, ac per consequens non posse Inquisitores procedere per censuras, & contrariis respondent.*

*132 Nos autem inter saxum, & sacrum positi eam lectoribus, ac judicibus resolvendam relinquimus, & consuetudini, quæ inspicienda est in materia: nam si Inquisitores fuerint in possessione procedendi; in tali casu contra inobedientes Ecclesiasticâ potestate, uti debent, quia Inquisitores existentes in quasi possessione procedendi contra eos, qui offendunt, officiales conservandi sunt, ut cum infinitis tradit *Sessé de inhibition. cap. 30. §. 1. num. 202.* Si verò non sint in quasi*

*133 possessione procedendi per censuras Ecclesiasticas, tunc non poterunt potestate Ecclesiastica uti, ut non possunt Episcopi, qui non fuerint in possessione, ut familia sua, & officiales foro Ecclesiastico gaudeant, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, pro-*

